Verba que ego locutus sum uobis: sp[iritu]s & uita
sunt. S[ed] sunt quida[m] ex uobis: qui n[on] credunt.
Sciebat enim ab initio ihs qui essent credentes:
& quis traditurus esset e[um]. & dicebat. P[ro]pterea
dixi uobis: quia nemo potest uenire ad me. ni-
si fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi
discipulo[rum] eius abierunt retro: & iam n[on] cum
illo ambulabant. Dixit g[er]o ihs ad duodecim.
Quinid[em] & uos uultis abire? Respondit g[er]o
symon petrus. Domine: ad quib[us] ibim[us]? Verba uite eterne
habet: & nos credimus et cognouim[us] quia tu

et xpc filius di. Respondit ei ihc. Nonne ego uos
duodecim elegi. & unus ex uobis: diabolus est. Dice
bat autē uidam symonis scariothē. Hic enim
erat traditurus eū cum esset unus ex duodeci.
In illo tpe. *Secūm Johannē. Fr. vi.*

Collegerunt pontifices & pharisei conciliū:
et dicebant. Quid facimus quia hic homo mul
ta signa facit. Si dimittim eum sic: omēs cre
dent in eum. Et uenient romani: et tollebunt
nr̄m locum & gentem. Unus autē ex ipsis cay
phas nomine cū esset pontifex anni illi: dixit
eis. Vos nescitis quicquā nec cogitatis: q̄a ex
pectat uobis ut unus moriat homo p̄ p̄plo. & n̄
tota gens perat. Hoc autē a semetipso non dixit:
s; cū esset pontifex anni illi p̄phetauit quia ihc
moriturus erat p̄ gente. Et non tantū p̄ gente:
s; ut filios di qui erant dispersi congregaret i
unū. Ab illo ergo die: cogitauerunt ut interfice
rent eum. Ihc ergo iam non in pala ambulā
bat apud iudeos: s; abiit in regione iuxta
desertum in ciuitatē que dicitur effrē. Et ibi
morabatur cum discipulis suis. *Sabbato.*

42
xii.
In illo t^{em}p^{or}e: **Q**uirit ihesus **S**ec^{undum} Ioh^{annem}.
discipulis suis & turbis iudeor^{um}. Ego lux ⁱⁿ mun-
dum ueni: ut omnis qui credit in me in tene-
bris n^{on} maneat. Et si quis audierit uerba mea
& n^{on} custodierit: ego n^{on} iudico eu^m. Non eni^m ue-
ni ut iudicem mundu^m: s; ut saluificem mundu^m.
Qui sp^{iritu}s me & n^{on} accipit uerba mea: habet
qui iudicet eu^m. Sermo que^m locutus sum iudi-
cabit eu^m in nouissimo die: quia ego ex me ip-
so n^{on} sum locutus: s; qui misit me pater: ipse
m^{andatu}m dedit quid dica^m & quid loquar. Et
scio: quia mandatu^m eius uita eterna est. Que^m g^o
ego loquor: sicut dixit mⁱ pater: sic loquor.

Dominica In Palmis ad p^{ri}ma^m Missam.

In illo t^{em}p^{or}e: **C**um **S**ec^{undum} Mattheu^m.
appropinquasset ih^{esus} iherosolimis: & uenisset
bethphage ad monte^m oliueti: te misit duos
discipulos ^{suos}. dicens eis. Ite in castellum q^{uod} con-
tra uos est: & statim inuenietis asina^m alliga-
tam & pullu^m cum ea. Soluite: & adducite mⁱ.
Et si quis uobis aliquid dixerit: dicite quia
d^{omi}n^{us} h^{ab}et opus: & confestim dimittet eos.

Hoc autē totum factū est: ut impleretur quod
dictum ē p̄ prophetā dicentē. **Dicite filie syon.**
Eccē rex tuus uenit tibi mansuetus: & sedens
sup̄ asinā & pullū filiū sub iugalis. **Euntes au-**
tem discipuli: fecerūt sicut precepit illis ih̄s.
& adduxerūt asinā et pullum: & imposuerūt
sup̄ eos uestimēta sua. & eum desup̄ sedere fe-
cerunt. **Plurima autē turba: strauerūt uesti-**
menta sua in uia. Alij autē cedebant ramos
dē arborib;: et sternebant in uia. **Turbe autē**
que precedebant & que sequebantur: clamabat
dicentes. Osanna filio dauid: benedictus q̄
uenit in nomine domini.

Ad missā maiore.
Domini iobeu. & ē spū tuo. Passio dñi
nri ihu xpi: scdm̄ Mathm. Glā t̄ dñe.

In illo t̄p̄: **Dixit ih̄s discipulis suis.**
Scitis quia post biduū pascha fiet. & fili-
us hominis tradet̄ ut crucifigatur. **Tunc con-**
gregati sunt p̄ncipes sacerdotū & seniores
pp̄li in atum principis sacerdotū qui dice-
batur cayphas: & consiliū fecerūt ut ihm̄
dolo tenerent & occiderent. **Dicebant autē.**

43
Non indie festo. Ne forte tumultus fieret in
pplo. Cum autē esset ihc in bethania in domo sy-
monis lepsi: accessit ad eum mulier habens ala-
bastrū ungenti p̄ciosi. & effudit sup caput ipsius
recumbentis. Uidentes autē discipuli: indigna-
ti sunt dicentes. Ut quid p̄ditio hec? Potuit e-
nim istud ueniūdari multo. & dari paup̄ibus.
Sciens autē ihc: ait illis. Quid molesti estis hu-
ic mulieri? Opus bonū opata est in me. Nam
semper paupes habetis uobiscū: me autē nō sem-
per habebitis. ^{hec} Mittens enim ungentū hoc in
corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Amen dico
uobis: ubicūq; predicatū fuerit hoc euāḡium
intoto mundo: dicetur & qd̄ hec fecit in memo-
riam eius. Tē abijt unus de duodecim q̄ dicit̄
iudas scarioth ad p̄ncipes sacerdotū: & ait illis.
Quid uultis m̄ dare. & ego uobis eum tradam.
At illi constituer̄ ei triginta argenteos. Et
exinde querebat oportunitatē: ut eū tradere.
Prima autē die azimoz: accesser̄ discipuli ad
ihm dicentes. Sibi uis paremus t̄ comedere
pascha. At ihc dixit. Ite in ciuitatē ad quōsdā:

& dicite ei. Magister dicit. Tempus meū prope
est: apud te facio pascha cū discipulis meis. &
fecerunt discipuli sicut constituit illis ihs: et
parauerūt pascha. Vespere autē facto: discumbe
bat cū duodecim discipulis suis. Et edentibus illis
dixit. Amen dico uobis: quia unus ur̄m me
traditurus est. Et contristati ualde: cepunt
singuli dicere. Nunquid ego sum dñe? At ipse
respondens: ait. Qui intingit in eū manum
in parapside: hic me tradet. Filius quidē ha
minis uadit: sicut scriptū est de illo. Ve au
tem homini illi: p̄ quem filius hominis tra
detur. Bonum erat ei: si natus n̄ fuisset ho
mo ille. Respondens autē iudas qui tradidit
eum: dixit. Nunquid ego sum rabbi? At il
li. Tu dixisti. Cenantibus autē eis: accepit ihs
panem & benedixit ac fregit. dedit q; disci
pulis suis. et ait. Accipite: & comedite. Hoc
est corpus meū. Et accipiens calicē: gr̄as egit.
& dedit illis dicens. Bibite ex hoc om̄s. Hic
est enim sanguis meus noui testam̄ti: qui
p̄ multis effundet̄ in remissionē peccatorū.

44
Dico autē uobis: non bibam amodo de hoc ge-
minime uitis. usq; in die illum. cū illud bibam
uobiscū nouū in regno patris mei. & hūmno
dicto: exierunt in montē oliueti. Tē dixit illis
ihē. Omnes uos scandalū patiemini in me:
in ista nocte. Scriptum ē enim. Percutia pasto-
rem: & dispergentur oues gregis. Postq̄m autem
relinere uero: preceda uos in galileā. Respon-
dens autē petrus: ait illi. Et si om̄s scandaliza-
ti fuerint in te: ego nunquā scandalizabor.
Ait illi ihē. Amen dico t̄: quia in hac nocte an-
te quam gallus cantet. ter me negabis. Ait illi
petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum:
non te negabo. Similit̄ & omnes discipuli dix-
erunt. Tē uenit eū illis in uillā que dicitur
gethsemani: & dixit discipulis suis. Sedete
hic: donec uada illuc et orem. Et assumpto
petro & duob; filiis zebedei: cepit contristari
et mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima
mea: usq; ad mortē. Sustinete hic: & uigila-
te mecum. & p̄gressus pusillū: perdidit in facie
suam orans & dicens. O pater: si possibile

est: transeat a me calix iste. Veritamen n̄ sicut
ego uolo: s; sicut tu. & uenit ad discipulos: & iue
nit eos dormientes. Et dicit petro sic. Non potu
istis una hora uigilare mecum. Vigilate & orate:
ut n̄ intretis in temptatione. Sp̄s quidem p̄mi
tus ē: caro autē infirma. Iterū sc̄do abiit: & o
rauit dicens. Pat̄ mi: si non potest hic calix
transire nisi bibam illū: fiat uoluntas tua. &
uenit iterū: & inuenit eos dormientes. Erant
enī oculi eorū grauati. Et relictis illis: iterum
abiit & orauit t̄cio eundē sermonē dicens.
Tunc uenit ad discipulos suos: & dicit illis. Dor
mite iam: & requiescite. Ecce app̄pinquabit
hora: et filius hominis tradetur in manū pec
catorū. Surgite eam: ecce app̄pinquabit qui
me tradet. Adhuc ip̄so loquente: ecce iudas
unus de duodecim uenit. & cū eo turba mul
ta cū gladijs & fustib; missi a p̄ncipib; sacerdo
tum & seniorib; ppli. Qui autē tradidit eū: de
dit illis signū dicens. Quēcumq; osculat̄ fue
ro ip̄s est: tenete eum. Et confestim accedēs
ad ihm: dixit. Aue rabbi. Et osculat̄ est eū.

45

Dixitq; illi ih̄c. Amicē: ad qđ uenisti. Tē accesserunt & manūs iniecerūt in ihm: et tenuerunt eū. Et ecce unus ex his qui erant cū ih̄u. extendens manū exemit gladiū suū: & percussit seruū principis sacerdotū. amputauit auriculam ei. Tē ait illi ih̄c. Conuertere gladiū tuum in locū suū. Omnes enim qui acceperunt gladiū. gladio p̄bunt. An putas quia n̄ possum rogare patrem meū. & exhibebit m̄ modo plus quā duodecim legiones anḡlōz. Quom̄ ergo implebuntur s̄pturē. quia sic oportet fieri. In illa hora. dixit ih̄c turbis. Tanquā ad latronē existis cū gladijs & fustib; comprehendere me. Cotidie apud uos sedēbā docens in templo: & non me tenuistis. Hoc autē totū factū est. ut implerent s̄pturē p̄phetarū. Tunc discipuli omnes. relicto eo fugerūt. At illi tenentes ihm dixerūt ad caypham p̄ncipē sacerdotū: ubi scribe & pharisei conuenerant. Petrus autē sequebatur eū a longe: usq; in atrium p̄ncipis sacerdotū. Et ingressus intro. sedebat cū ministris ut uideret finē. Prin

cipel autē sacerdotum & omne conciliū querebat
falsum testimoniū contra ihm: ut eū morti tra-
derent. Et non inueniērt: cum multi falsi tes-
tes accessissent. Nouissime autē uenerūt duo fal-
si testes: & dixerunt. Nō dixit. Possū destrūe-
re templū dei: et post triduiū reedificare illud.
Et surgens p̄ncēps sacerdotū: ait illi. Nichil
respondes ad ea que isti aduersū te testifican-
tur. Ihc autem tacebat. & princeps sacerdotū
ait illi. Ad iuro te p̄ dñm uiuū: ut dicas nobis si
tu es xp̄s filius dei. Dicit illi ihc. Tu dixisti. Ve-
runtamen dico uobis: amodo uidebitis filiū
hominis sedentē a dextris uirtutis: & uenien-
tem in nubib; celi. Tō princeps sacerdotū sei-
dit uestimta sua: dicens. Blasphemauit. Quid
adhuc egem⁹ testib;? Ecce nō audistis blasphe-
miam. Quid uobis uidet⁹? At illi responden-
tes dixerūt. Reus est mortis. Tunc exspuerūt
in faciē eius: & colaphis eū ceciderunt. Alij
autē palmas in faciē ei dederūt dicentes. Pro-
pheta nobis xp̄s. Quis est qui te percussit. &
Petrus uero sedebat foris in atrio. Et accessit

ad eum una ancilla dicens. Et tu cū ihu gali-
leo eras. At ille negauit corā omnib; dicens.
Nescio quid dicis. Exeunte autē illo ianuam.
uidit eū alia ancilla. & ait his qui erant ibi.
Et hic erat cū ihu nazareno. & r̄um negauit
cū iuramento: quia n̄ noui hominē. Et post
p̄sillū: accesserunt qui stabant & dixerūt p̄c̄.
Uere & tu ex illis es: nam & loquela tua mani-
festum te facit. Tē cepit detestari & iurare: q̄
n̄ nouiss; hominē. Et continuo gallus canta-
uit. Et recordatus est petrus uerbi ihu qd̄
dixerat. p̄s quā gallus cāntet̄ ter me negabū:
et egressus foras fleuit amare. Mane autē
facto: consiliū uierunt om̄s principes sacer-
dotum & seniores ppli aduersus ihm. ut eum
morti traderent. & uinctum adduxerūt eū:
et tradiderūt pontio pilato p̄sidi. Tē uident
iudas qui eū tradidit qd̄ dampnat̄ esset: pe-
nitentia ductus retulit triginta argenteos
principib; sacerdotū & seniorib; dicens. Pec-
cāuī: tradens sanguinē iustum. At illi dix-
erunt. Quid ad nos? Tu uideris. Et pro

iectis argenteis in templo. recessit. & abiens laqueo
se suspendit. Principes autē sacerdotum accepit
argenteis. dixerunt. Non licet mittere eos in cor-
banan. quia pecuniam sanguinis est. Consilio autē
inito. emerunt ex illis agrum figuli in sepultura
pgrinorum. Propter hoc uocatus est ager ille achel-
demach hoc est ager sanguinis. usque in hodie-
num diem. Tunc impletum est. quod dictum est
per iheremiā prophetam dicentē. Et accepunt tri-
ginta argenteos pecuniam appreciati que apprecia-
uerunt a filiis israel. & dederunt eos in agrum fi-
guli sicut constituit in dominus. Ihesus autē. stetit
ante presidem. Et interrogauit eum preses dicens.
Tu es rex iudeorum. Dicit ei ihc. Tu dicis. Et cum
accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus.
nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non
audis quanta aduersum te dicunt testimonia.
Et non respondit ei ad ullum uerbum. ita ut mi-
raretur preses uehementer. Per diem autē sol-
lemnem. consueuerat preses dimittere populo
unum uinctum quem uoluissent. Habebat autē
tunc unum uinctum in signum. qui dicebatur bar-

47
rabas. Congregatis ergo illis: dixit pilatus. Quae
uultis dimittam uobis. barraban an ihu qui
dicitur xpc. Sciebat enim: quod pro inuidia tra-
didissent eum. Sedente autem illo pro tribunali:
misit ad eum uxor eius dicens. Nichil tibi: et ius-
to illi. Multa enim hodie passa sunt propter
eum. Principes autem sacerdotum et seniores per-
suaserunt populo ut peterent barraban: ihu
uero proderent. Respondens autem praeses: ait il-
lis. Quae uultis uobis de duobus dimitti. At illi
dixerunt. Barraban. Dicit illis pilatus. Quid ergo
faciam de ihu qui dicitur xpc. Dicunt omnes.
Crucifigatur. Ait illis praeses. Quid enim mali-
fecit. At illi magis clamabant dicentes. Cru-
cifigatur. Videns autem pilatus quia nichil
proficere: sed magis tumultus fieret: accepta
aqua lauit manus coram populo dicens. Inno-
centis ego sum a sanguine iusti huius: uos ui-
deritis. Et respondens uniuersis populus: dixit.
Sanguis eius super nos: et super filios nostros. Tunc
dimisit illis barraban: ihu autem flagella-
tum tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc

militēs p̄sidiis suscipientes ih̄m in p̄torio
congregauerūt ad eum uniuersā cohortē. Et
exiētes eum: clamidē coccineā circumde-
derunt ei. & plectentes coronā de spinis po-
suerūt sup̄ caput eius: et harundinē in dex-
tera eius. Et genu flexo ante eū: illudebant
dicentes. Aue rex iudeorū. Et ex p̄uentēs in
eum: acceperunt harundinē. & percutiebant
caput eius. Et postquā illuserunt ei: exue-
runt eū clamide. & induerūt eum uestimtis
eius. et duxerūt eum ut crucifigeret. Exeun-
tes autē: inuenerūt hominē cyreneum. no-
mine symonē. Hunc angariauerūt: ut tol-
leret crucē eius. Et uenerūt in locum q̄ dicitur
golgotha: qđ est caluarie locus. & dederūt ei
uinū bibere: cū felle mixtum. Et cū gustas-
set: noluit bibere. Postquā autē crucifixe-
runt eū: diuiserūt uestimenta ei: sortem mit-
tentēs. & sedentes: seruabant eum. Et impo-
suerūt sup̄ caput eius causam ipsi scriptam:
hic ē ih̄s rex iudeorū. Tē crucifixi sūt cum eo
duo latrones: unus a dextis. & unus a sinistris.

ut adimple-
t q̄ dcm̄ est
p̄ p̄ph̄ā dicitū
rē. diuise-
rūt sibi uesti-
m̄ta mea:
& sup̄ uestē
meā miserūt
sortem.

48
Pretereuntes autē blasphemabant eū: mouen-
tes capita sua & dicentes. **Vah** qui destruit tē-
plum dī: & intriduo illud reedificat. **Salua**
te met ipsū. **Si** filiū dī es: descende de cruce.
Similit̄ & principes sacerdotū illudentes cū
scribis & seniorib: dicebant. **Alios** saluos fec:
se ipsum n̄ potest saluū facere. **Si** rex isrl̄ ē:
descendat nē de cruce et credim⁹ ei. **Confidit**
indō: liberet nē eum si uult. **Dixit** enim: qā
filius dī sum. **Ad** ipsum autē & latrones qui
crucifixi erant cū eo: impperabant ei. **A** sex-
ta autē hora tenebre facte sūt sup̄ uniuersam
tram: usq; ad horam nouā. **Et** circa horam
nouā: clamauit ih̄c uoce magna dicens. **he**
ly: hely: lamasabactani: **Hoc** est. **Dēus** meus:
d̄s meus: ut quid dereliquisti me. **Quidam**
autē stantes & audientes: dicebant. **Helyam**
uocat iste. **Et** continuo currens un⁹ ex eis ac-
ceptam spongiā impleuit aceto: & imposu-
it harundini. et dabat ei bibere. **Ceteri** ū
dicebant. **Sine** uideamus an ueniat he-
lyas liberans eū. **Ih̄c** autem iterū clamās

uocē magna: emisit spm. & ecce uelū templi scis-
sum est in duas partes: a summo usq; deorsum.
Et terrā motā est: & petre scisse fit: & monumta
apta sunt: & multa corpora scōz qui dormie-
rant surrexerūt. Et exeuntes de monumtis
post resurrectionē eius uenerūt in scām ciuita-
tem: et apparuerūt multis. Centurio autē et
qui cū eo erant custodientes ihm. uiso tūc mō-
tū & hīs quē fiebant: timuerūt ualde dicentes.
Uere: filius dī erat iste. Erant autē ibi muliē-
res multe alongē: quę secute erant ihm a ga-
lilea ministrantes ei. Inter quas erat maria
magdalene & maria iacobi. et ioseph mater:
& mater filioz zebedei. Cum sero autē factū
ess; uenit quidā homo diues ab arimathia
nomine ioseph. qui et ipse discipul⁹ erat ihu.
Hic accessit ad pilatū: et petiit corpus ihesu.
Tē pilatus: iussit reddi corpus. Et accepto
corpore ioseph inuoluit illud in syndone mu-
da: & posuit illud in monumto suo nouo. quod
exciderat in petra. Et aduoluit saxū mag-
num ad ostiū monumti: & abiit. Erant

49
autē ibi maria magdalene. & altera maria: seden-
tes contra sepulchrū. Altera autē die que ē post
parāscēuen: conuenerūt principes sacerdotū et
pharisei ad pilatū dicentes. Domine: recorda-
ti sum⁹ quia seductor ille dixit adhuc uiuens.
post tres dies resurgā. Iube ḡ custodiri sepulcrū
usq; in diem terciū: ne forte ueniant discipuli ei⁹
& furentur eū. et dicant plebi surrexit a mō-
tuis. & erit nouissim⁹ error: peior priore. At
illi pilatus. Habetis custodiam. Itē: custodi-
te sicut scitis. Illi autē abeūntes muniuerunt
sepulchrū. signantes lapidem cū custodibus.
Nullo tpr. *fr. ii. Scdm Johannem.*

xvii
Ante sex dies pasche uenit ihc bethania:
ubi fuerat lazarus mortuus. que suscitauit
ihc. fecerūt autē ei cēnam ibi: & martha mi-
nistrabat. Lazarus uero: unus erat ex dis-
cumbentib; cū eo. Maria ergo accepit librā
ungenti nardi pythici preciosi: & unxit
pedes ihu. et extersit capillis suis pedes ei⁹.
& domus impleta est ex odore ungenti. Di-
xit ḡ unus ex discipulis eius iudas scariothis:

qui erat eum traditurus. Quare hoc iungen-
tum non uenit trecentis denariis. & datum
est egenis. Dixit autē hoc non quia de ege-
nis ptinebat ad eum. s; quia fur erat. & lo-
culos habens ea que mittebantur portabat.
Dixit g̃ ih̃c. Sine illam: ut in die sepultu-
re mee seruet illud. Pauperes enim semp ha-
betis uobiscū: me autē non semp habebitis.
Cognouit g̃ turba multa ex iudeis quia illic
est: & uenerūt non ppter ihm tantū. s; ut la-
zarum uiderent quē suscitauit a mortuis.
Cogitauerūt autem principes sacerdotū ut &
lazarum interficerent: quia multi ppter illū
abibant ex iudeis. & credebant in ihm. In cras-
tinū autē turba multa que uenerat ad diē
festū. cum audisset quia uenit ih̃c iherosolimā
accepunt ramos palmarū & processerūt obuiā
ei et clamabant. Osanna. benedictus qui uenit
in nomine dñi: rex isrl̃. Et inuenit ih̃c asel-
lum. et sedit sup̃ eum: sicut scriptum ē. Noli
timere filia syon: ecce rex tuus uenit. sedens
sup̃ pullū asine. Hec n̄ cognouerūt discipuli

50
eius p̄mum. s; quando glificatus est ih̄c. tūc re-
cordati sunt quia hec scripta erant de eo. & hec
fecerunt ei. Testimoniū ergo phibeat turba
que erat cū eo quando lazarus uocauit de-
monūmō: & suscitauit eū a mortuis. Ppterea
et obuiam ei uenit turba: quia audierūt eum
fecisse hoc signū. Pharisēi ergo: dixerūt ad semet-
ipsos. Vidētis quia nichil pficimus. Ecce mū-
dus totus post eum abiit. Erant autē gentiles
quidā ex his qui ascēderant: ut adorarent in
die festo. Hi ergo accesserunt ad philippū qui
erat ab ethsāida galilee: et rogabant eū dicētes.
Dne: uolumus ih̄m uidere. Venit philippus:
et dicit andree. Andreas rursūm & philippus:
dixerunt ih̄i. Ihesus autē: respondit eis dicēs.
Venit hora: ut clarificetur fili' hominis. An-
amen dico uobis: nisi granū frumenti cadent
intra mortuū fuerit: ipsū solum manet. Si au-
tem mortuū fuerit: multū fructum affert.
Qui amat animā suam: p̄det eam. Et q̄ odit
animā suam in hoc mundo: in uitā et̄nam
custodit eam. Si quis in ministrat: me se

quatur. Et ubi sum ego: illic & minister meus
erit. Si quis michi ministrauerit: honorifica
bit eum pater meus. **H**ec anima mea turbata est:
Et quid dicam: Pater: saluifica me: ex hora
hac. **S**ed propterea ueni in horam hanc. Pater: cla
rifica nomen tuum. **V**enit ergo uox de celo. Et cla
rificauit: & iterum clarificabo. Turba ergo que sta
bat & audierat: dicebat tonitruum factum esse.
Alij dicebant. **A**ngelus ei locutus est. Respondit
ihesus: et dixit. Non propter me uox hec uenit: sed
propter uos. **N**unc iudicium est mundi: nunc
princeps huius mundi eicietur foras. Et ego
si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad
me ipsum. **H**oc autem dicebat: significans qua
morte esset moriturus. Respondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege: quia christus manet in eter
num. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium
hominis? **Q**uis est iste filius hominis? Dixit
ergo eis ihesus. Adhuc modicum lumen in uobis est.
Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre
uos comprehendant. Et qui ambulat in tene
bris: nescit quo uadat. **D**um lucem habetis

54
credite in lucē: ut filij lucis sitis. Hec locutus
est ih̄c & abiit. et abscondit se ab eis. *Ex. iii.*

*Dñs uobisc̄. & cum spū tuo. Passio dñi nr̄i
ih̄u xpi. Scdm̄ Marcū. Hic n̄ dī: gl̄a. d.*

xiiij.
In illo t̄p̄: **E**rat paschā: & a h̄ma post bi
dium. Et querebant sūmī sacerdotēs & scri
bē: quom̄ ih̄m dolo tenerent & occiderent. Di
cebant autē. Non in die festo. Ne forte tu
multus fieret ip̄li. Et cum ess; ih̄c bethanie.
in domo symonis lepsi & recumberet: uenit
mulier habens alabastrū ungenti spicati pre
ciosi. et fracto alabastro effudit sup̄ caput ei. *nardi*
Erant autē quidam indignē ferentes in
semetipsos: & dicentes. Vt quid p̄ditio ista
ungenti facta est. Poterat enī unguentum
istud uenundari plus quā trecentis denari
is: & dari paup̄ib; . & fremebant in eā. Ihes̄
autē dixit. Sinite eam. Quid illi molesti es
tis. Bonum opus opata est in me. Semper
enī paup̄es habetis uobiscū: & cum uolueri
tis potestis illis benefacere. Ne autē non
sem̄p̄ habebitis. Qd̄ habuit hōc fecit: pre

uenit ungere corpus meū in sepulturā. Amen dī
cō uobis: ubicumq; p̄dicatum fuerit euglīa istā
in uniuerso mundo. & qđ hec fecit narrabitur
in memoriā eius. Et iudas scariothes unus de
duodecī abiit ad summōs sacerdotes: ut pro
deret eum illis. Qui audientes gauisi sūt: et
p̄miserūt ei pecuniā se daturōs. & querebat:
quom̄ illum oportune traderet. Et p̄mo die
ahimoz quando pascha immolabant: dicens
ei discipuli. Quo uis eamūs & paremus t̄ ut
manducei pascha. Et mittit duos ex disci
pulis suis: et dicit eis. Itē in ciuitatē: & oc
curreret uobis homo lagenam aque baiulans.
Sequimini eū: & quocūq; introierit dicite
dño domus: quia magister dicit. Sibi est refec
tio mea. ubi pascha cū discipulis meis mandu
cem. Et ipse uobis demonstrabit cenaculū
grande stratū: & illic parate nobis. Et abierūt
discipuli eius et uenerunt in ciuitatē: & inue
nerunt sicut dixerat illis. & parauerūt pascha.
Vespere autē facto: uenit eū duodecim. Et
discumbentib; eis & manducantib;: ait ih̄c.

Amen dico uobis: quia unus ex uobis me tradet
qui manducat mecum. At illi cepunt contris-
tari: & dicere ei singillatim. Nunquid ego? Qui
ait illis. Unus ex duodecim: qui intingit me
cum manu in catino. & filius quidem hominis
uadit: sicut scriptum est de eo. **Ve** autem homi-
ni illi: pro quem filius hominis tradet. **Bonum**
erat ei: si non esset natus homo ille. Et mandu-
cantibus illis accepit ihesus panem: & benedicens
fregit et dedit eis. & ait. **Sumite. Hoc est corpus**
meum. Et accepto calice: gratias agens dedit eis.
Et biberunt ex illo omnes. & ait illis. **Hic est san-**
guis meus noui testamenti: qui pro multis effun-
detur. **Amen dico uobis:** quod iam non bibam de
genimine uitae usque in diem illud. cum illud
bibam nouum in regno dei. Et hymnio dicto
exierunt in montem oliuarum. Et ait eis ihesus. **Omnes**
scandalizabimini in nocte ista: quia scriptum est.
Petram pastorem: & disspigentur oues. **Sed postea**
quam resurrexero: praecedam uos in galilea. **Pe-**
trus autem dixit ei. **Et si omnes scandalizati fue-**
rint: sed non ego. & ait illi ihesus. **Amen dico tibi:**

quia tu hodie in nocte hac prius quā bis gallus uo-
cem dederit. ter me es negaturus. At ille ampli⁹
loquebat⁹. & si oportuerit me simul cōmori tibi:
nō te negabo. Similit̄ autem & om̄s dicebant. Et
ueniunt in p̄dium cui nōmen gethsemani: &
ait discipulis suis. **S**edete hic: donec orē. Et as-
sumit petrū & iacobum. & iohannē secum: et
cepit pauere et tedere. & ait illis. Tristis ē ani-
ma mea: usq; ad mortē. **S**ustinetē hic: & uigi-
late. Et cum p̄cessisset paululu⁹: p̄cidit super
stram & orabat ut si fieri posset transiret ab eo
hora. Et dixit. Abba pater: om̄ia possibilis s̄
sunt. Transfer calicē hunc a me. **S**; nō qd̄ ego
uolo: s; quod tu. Et uenit: & inuenit eos dor-
mientes. & ait petro. **S**ymon dormis? Non
potuisti una hora uigilare mecum? **U**igilate
& orate: ut non intretis in temptationē. Sp̄s
quidē p̄mptus est: caro ū infirma. Et iterum
abiens: orauit eundē sermonē dicens. Et re-
uersus denuo: inuenit eos dormientes. Erat
enim oculi eorū grauati: & ignorabant qd̄ re-
sponderent ei. Et uenit t̄cio: & ait illis. Dor-



53
miteme iam: & requiescite. Sufficit. Venit hora: et
ce tradetur filius hominis in manus peccatorum.
Surgite eamus: ecce qui tradet ppe est. Et ad
huc eo loquente: ecce iudas scarioth unus ex duo-
decim. & cum illo turba multa. cum gladiis et
lignis / a summis sacerdotibus; & scribis et a senio-
ribus. Dederat autem traditor eius signum eis dicens.
Quicumque osculatus fuero: ipse est. Tenete eum:
et ducite caute. Et cum uenisset: statim acce-
dens ad eum dixit. Rabbi. Et osculatus est eum.
At illi manus iniecerunt in eum. & tenuerunt eum.
Unus autem quidam decircumstantibus: educens
gladium percussit seruum summi sacerdotis: & am-
putauit illi auriculam. Et respondens ihesus: ait
illis. Tanquam ad latronem existis cum gladiis
& lignis comprehendere me. Cotidie eram apud
uos in templo docens: & non me tenuistis. S;
ut impleantur scripturae. Tunc discipuli eius re-
linquentes eum: omnes fugerunt. Adolescens autem
quidam sequebatur eum amictus syndone super-
nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta syndo-
ne: nudus profugit ab eis. Et adduxerunt illum

Y m i s t a

ad summū sacerdotē: & conuenerūt omnes sacerdo-
tes et scribe & seniores. Petrus autē a longe secut⁹
est eum usq; intro matum summi sacerdotis: & se-
debat cū ministris. et calefaciebat se ad ignē. Sum-
mi uero sacerdotes & omne conciliū querebant
aduersū ihm testimoniū ut eum morti traderēt:
neo inueniebant. Multi enim testimoniū falsū
dicebant aduersū eū: & conuenientia testimo-
nia n̄ erant. & quidā surgentes falsū testimo-
niū ferebant aduersū eum dicentes: quā nos
audiuim⁹ eum dicentē. ego dissoluā templū hoc
manufactū & p̄ tēdium aliud n̄ manufactum
edificabo. Et non erat conueniens testimoniū
illoz. Et exurgens summ⁹ sacerdos in mediū:
interrogauit ihesū dicens. Non respondes quic-
quā ad ea que tibi obiciunt⁹ ab his? Ille autē
tacebat: & nichil respondit. Rursū summus
sacerdos interrogabat eum: et dixit ei. Tu es
xp̄s filius benedicti? Ille autē: dixit illi.
Ego sum. Et uidebitis filiū hominis a dext̄is
sedentē uirtutis: & uenientē cum nubib; celi.
Summ⁹ autē sacerdos scindens uestimēta

54
sua: ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis
blasphemiā. Quid uobis uidet? Qui omnes
condempnauerunt eum: esse reū mortis. & cepit
quidā conspuere eū: et uelare faciē eius. & cola-
phis eum cedere. et dicere ei. Prophetiza. Et
ministri: alapis eū cedebant. Et cum esset petrus
in atrio deorsum: uenit una ex ancillis summi
sacerdotis. & cū uidisset petrū calefacientē se:
aspiciens illū ait. Et tu cum ihu nazareno eras.
At ille negauit dicens. Neq; scio: neq; noui qd
dicas. Et exiit foras ante autum: & gallus can-
tauit. Rursus autē cum uidisset illū ancilla:
cepit dicere circumstantib; quia hic ex illis est.
At ille iterū negauit. Et post pusillū: rursus
qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es.
Nam & galileus es. Ille autē cepit anathema
thizare et iurare: quia nescio hominē istum
quē dicitis. Et statim iterū gallus cantauit.
& recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihe-
sus quā gallus cantet bis. ter me negabis:
& cepit flere. Et confestim mane consiliū
facientes summi sacerdotes cū senioribus et

scribitur & uniuerso concilio: uinctos ihm duxerunt
7 tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex
iudeorum? At ille respondens: ait illi. Tu dicis. Et
accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pi-
latus autem: rursum interrogauit eum dicens. Non
respondes quicquam? Vide inquantis te accusat.
Ihs autem amplius nichil respondit: ita ut mi-
raretur pilatus. Per diem autem festum: dimitte-
re solebat illis unum ex uinctis. quemcumque peti-
sent. Erat autem qui dicebatur barrabas. qui cum
seditionis erat uinctus: qui in seditione fecerat
homicidium. Et cum ascendisset turba: cepit ro-
gare sicut semper faciebat illis. Pilatus autem:
respondit eis & dixit. Uultis dimittam uobis
regem iudeorum? Sciebat enim: quod pro inuidiam
tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices
autem concitauerunt turbam: ut magis barra-
ban dimitteret eis. Pilatus autem iterum respo-
dens: ait illis. Quid ergo uultis faciam regi iude-
orum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum.
Pilatus uero: dicebat eis. Quid enim mali
fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum.

Pilatus autē uolens ip̄to satisfācere: dimisit
 illis barraban. & tradidit ihm flagellis cesum
 ut crucifigeret. Milites autē duxerunt eū intro
 in auium pretōriū: & conuocant totā cohortem.
 & induunt eū purpura. et imponunt ei plec
 tentes spineā coronam. & cepunt salutare eū.
 Que rex iudeorū. Et percutiebant caput eī ha
 rundine: et conspuebant eū. & pōnentes genū.
 adorabant eum. Et postquā illuserunt ei: ex
 uerunt eū uestimentis suis. & educunt illum
 ut crucifigerent eū. Et angariauerūt prete
 reuntē quempiā symonē cyreneum uenten
 tem de uilla patrē alexandri & rufi: ut tolle
 ret crucē eius. Et pducunt eū in golgotha lo
 cum: qd̄ est interpretatū caluarie locus. Et
 dabant ei bibere myrratū uinū: & non acce
 pit. & crucifigentes eum: diuiserūt uestimenta
 eius mittentes sortē sup̄ eis quis qd̄ tolleret.
 Erat autem hora tētia: & crucifixerūt eum.
 Et erat titulus causę eius inscriptus: rex iude
 orum. Et cum eo crucifigunt duos latrones
 unū adext̄s. & alterū a sinistris ei. & ad impleta

illū purpura
 induerunt

est scriptura que dicit. Et cum iniquus reputatus est
Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes
capita sua & dicentes. **Vah** qui destruis templum
et in tribus diebus edificas. **Saluum** fac te ipsum:
descendens de cruce. **Similiter** & summi
sacerdotes ludentes cum scribis ad alterutrum dice-
bant. **Alios** saluos fecit: se ipsum non potest
saluum facere. **Apoc** rex israhel descendat nunc de cru-
ce: ut uideamus & credamus. **Et** qui cum eo cru-
cifixi erant: conuiciabantur ei. **Et facta** hora
sexta: tenebre facte sunt super totam terram usque
in hora nona. **Et hora** nona: exclamauit ihesus
uoce magna dicens. **Heloy: heloy: lamiazabachta**
ni. **Quod** est interpretatum. **Deus meus: deus me-**
us: ut quid dereliquisti me? **Et** quidam de cir-
cumstantibus audientes: dicebant. **Ecce** hely-
am uocat. **Currens** autem unius & implens
spongiam aceto circumponensque calamo: potum
dabat ei dicens. **Sinite:** uideamus si ueniat he-
lyas ad deponendum eum. **Ihesus** autem emissam
uocem magna: exspirauit. **Et** uelum templi
scissum est in diuisum: a summo usque deorsum. **Videns**

56
autē centurio qui ex aduerso stabat. quā sic clā
mans exspirasset: ait. Verē: homo hic filius dī
erat. Erant autē & mulieres de longe aspicien
tes: in quas erat maria magdalena. et maria
iacobi minoris. & ioseph mater. et salome. Et
cum esse in galilea sequebant eum: & mira
trabant ei. & alię multę: que simul cū eo as
cenderant iherosolimā. Et cum iam sero esset
factum. quia erat parasceue quod est ante sabba
tum: uenit ioseph ab arimathia nobilis decu
rio. qui & ipse erat expectans regnū dei. Et
audacter introuit ad pilatū: et petiit corpus
ihū. Pilatus autē: mirabatur si iam obisset.
Et accessit centurione: interrogauit eū si iam
mortuus esset. & cum cognouisset a centurio
ne: donauit corpus ioseph. Ioseph autē mer
catus syndonē. & deponens eū inuoluit syn
done: posuit eū in monumento quod erat excāu
de petra. Et aduoluit lapidem ad ostiū monu
menti. **feria. iiii. Dñs uobisc. & cū spū tuo.**
Passio dñi nr̄i ihū xpi. Scdm lucam. Hic
non dicitur glā tibi d o m i n u s

In illo tpe. Appropinquabat dies festus azimoz qui dicitur pascha: & querebant principes sacerdotum & scribe quomodo ihm interficerent. Tuebant uero plebem. Intrauit autem sathanas in iuda qui cognominabatur scarioth unum de duodecim: & abiit & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus; quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spondit. Et querebat oportunitatem: ut traderet illum sine turbis. Venit autem dies azimoz in qua necesse erat occidere pascha: & misit petrum & iohannem dicens. Iuntes parate nobis pascha: ut manducemus. At illi dixerunt. Ubi uis parem? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem: occurrat uobis homo amphoram aque portans. Sequimini eum in domum in qua intrat: & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersorium ubi pascha cum discipulis meis manducet. Et ipse uobis ostendet cenaculum magnum stratum: & ibi parate. Tunc autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt.

pascha. Et cum facta esset hora discubuit: et
duodecim ap̄li cum eo. Et ait illis. Desiderio
desideravi hoc pascha manducare uobiscum:
ante qua patiar. Dico enim uobis: quia ex hoc
n̄ manducabo illud donec impleatur i regno
di. Et accepto calice: gras egit & dixit. Accipi-
te: et diuidite int̄ uos. Dico enim uobis: quod
n̄ bibam de generatione uitae: donec regnu
di ueniat. Et accepto pane: gras egit & fre-
git et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum:
qd̄ puobis datur. Hoc facite in mea omemora-
tionem. Similit̄ & calicem: postqua cenauit
dicens. Hic est calix nouu testamtu in san-
guine meo: qui puobis fundetur. Verita-
men: ecce manus tradentis me mecu est in-
mensa. Et quide filius hominis scdm quod
diffinitu est uadit. Veritamen ue illi homi-
ni: p̄ que tradetur. Et ipsi cepunt querere
int̄ se: quis esset ex eis qui hoc facturuss esset.
Facta est autē & contentio int̄ eos: quis eoz
iuderet esse maior. Dixit autē eis. Reges
gentiu dñantur eoz: & qui potestatem habent

sup eol benefici uocant. Vos autē non sic. Sed
qui maior est in uobis: fiat sicut minor. Et qui
precessor est: sic ministrat. Nam q̄s maior
est: qui recumbit: an qui ministrat. Nonne q̄
recumbit. Ego autē in medio ur̄m sum: sic
qui ministrat. Vos autē estis: qui p̄mansistis
mecū in temptationib; meis. Et ego dispono
uobis sicut disposuit in pater meus regnū:
ut edatis & bibatis sup mensā meam in reg
no meo. et sedeat̄ sup thronos iudicantes
duodecim tribus isrl. **A**it autē dñs symoni.
Symon: ecce sathanas expetuit uos: ut cri
braret sicut triticū. Ego autē rogauī p̄te:
ut nō deficiat fides tua. & tu aliquādo cō
uersus: confirma fr̄s tuos. **Q**ui dixit ei. **D**o
mine: tecū paratus sum & in carcere et in
mortē ire. Et ille dixit. **D**ico t̄ petre: n̄ can
tabit hodie gallus. donec ter abneges nosse
me. Et dixit eis. Quando misi uos sine sac
culo & perā et calciamentis: nunquā aliquid
defuit uobis. **A**t illi dixerūt. Nichil. Dixit
ḡ eis. **S**; nē qui habet sacculū tollat: simi

58
lter & peram. Et qui non habet: uendat tunicā
suā & emat gladium. Dico enim uobis: qm̄ adhuc
hoc qd̄ scriptum ē oportet impleri in me. & qd̄
cum iniustus deputatus est. Et enim ea que fe
de me: finē habent. At illi dixerūt. Dñe: ecce
gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Et
egressus: ibat scdm̄ consuetudinē in montē oli
uarū. Secuti sunt autē illum & discipuli. Et
cum puenisset ad locū: dixit illis. Orate: ne
intretis in temptationē. & ipse auulsus ē ab
eis quantū iactus est lapidis: & positus genib;
orabat dicens. Pater: si uis transfer calicē istū
a me. Veruntāmen non mea uoluntas: sed
tua fiat. Apparuit autē illi angl's de celo: cō
fortans eum. Et factus in agonia: plurius ora
bat. Et factus est sudor eius sicut guttē san
guinis: decurrentis int̄ra. Et cum surrexisset
aboratione. & uenisset ad discipulos suos: inue
nit eos dormientes p̄ tristitia. & ait illis. Qd̄
dormitis? Surgite orate: ne intretis in tēp
tationē. Ad hūc eo loquente: ecce turba et
qui uocabatur iudas unus de duodecim an

recedebar eo. **A**ppropinquauit ihu: ut oscularetur
eum. **I**hesus autem: dixit illi. **J**uda: osculo filium
hominis tradis. **V**identes autem hi qui circa
ipsum erant quod futurum erat: dixerunt ei. **D**ne: si
percussimus in gladio. **E**t percussit unus ex illis
seruum principis sacerdotum: & amputauit aure-
culam eius dextram. **R**espondens autem ihc: ait.
Sinite usque huc. **E**t cum tetigisset auriculam
eius: sanauit eum. **D**ixit autem ihc ad eos qui ue-
nerant ad se principes sacerdotum & magistratum
templi: & seniores. **Q**uasi ad latronem existis cum
gladiis & fustibus. **C**um cotidie uobiscum fuerim
in templo: non extendistis manum in me. **S**; hec est
hora uestra: & potestas tenebrarum. **C**omprehenden-
tes autem eum: duxerunt ad domum principis sa-
cerdotum. **P**etrus uero: sequebatur a longe. **A**c-
ceso autem igne in medio atrio: & circumseden-
tibus illis: erat petrus in medio eorum. **Q**uem cum
uidisset ancilla quedam sedentem ad lumen: et
eum fuisse intima: dixit. **E**t hic cum illo erat.
At ille negauit eum dicens. **Q**uier: non
nouimus illum. **E**t post pusillum: alius uidentem eum

59
dixit. Et tu de illis es. Petrus uero ait. O homo
n̄ sum. Et interuallo facto quasi horę unius:
alius quidā affirmabat dicens. Vere & hic cum
illo erat. Nam & galileus est. & ait petrus. Ho
mo: nescio quid dicas. Et continuo adhuc
illo loquente: cantauit gallus. Et conuersus
dn̄s: respexit petrū. Et recordatus ē petrus
uerbi dn̄i sicut dixerat. quia prius quā gall'
cancer ter me negabis. & egressus foras petrus
fleuit amare. Et uiri qui tenebant illū: illu
debant ei cedentes. Et uelauerūt eum. & per
cutiebant faciē ei: & interrogabant eum di
centes. Pphētica. Quis est qui te percussit.
& alia multa blasphemantes dicebant in eū.
Et ut factus est dies: conuenerūt seniores ple
bis & p̄ncipes sacerdotum. & scribe. et duxe
runt illū in conciliū suū dicentes. Si tu es
xpc: dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixerō:
n̄ credetis m̄. Si autē & interrogauerō: non
respondebitis m̄ neq; dimittetis. Ex hoc autē:
erit filius hominis sedens a dext̄is uirtutis
d̄i. Dixerunt autē omnes. Tu ḡ es filius d̄i.

Qui ait. Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixe-
runt. Quid adhuc desideramus testimonium?
Ipsi enim audivimus de ore eius. Et surgens om-
nis multitudo eorum duxerunt illum ad pilatum.
Cepunt autem illum accusare dicentes. Hunc
invenimus subvertentem gentem nostram. & prohi-
bentem tributum dari cesari. et dicentem se christum
regem esse. Pilatus autem interrogavit eum di-
cens. Tu es rex iudeorum? At ille respondens ait.
Tu dicis. Ait autem pilatus ad principes sacerdo-
tum & turbas. Nichil inuenio cause in homine
isto. At illi inualecebant dicentes. Comovet
populum docens per universam iudeam & incipiens
a galilea usque huc. Pilatus autem audiens ga-
lileam: interrogavit si homo galileus esset.
Et ut cognovit quod de herodis potestate esset:
remisit eum ad herodem. qui & ipse ierosoli-
mis erat illis diebus. Herodes autem viso ihesu:
gausus est valde. Erat enim ex multo tempo-
re cupiens videre eum. eo quod multa audiret
de illo: & sperabat signum aliquod videre ab eo
fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus.

60

At ille nichil illi respondebat. Stabant etiā prin-
cipēs sacerdotū & scribe: constanter accusantes
eum. Spreuit autē illum herodes cū exercitū
suo: & illū in ducum ueste alba. & remisit
ad pilatū. & facti sunt amici herodes & pilatū
in ipsa die: nam antea inimici erant ad in-
uicem. Pilatus autē conuocatis principibus sa-
cerdotū & magistratibus et plebe: dixit ad illos.
Optulistis m̄ hunc hominē quasi auertere
ipsum: & ecce ego coram uobis introgans nullā
causam inuenio in homine isto ex his in quibus
eū accusatis. S; neq; herodes. Nam remisit
uos ad illū: & ecce nichil dignū morte actū ē
ei. Emendatū ergo illū dimitta. Necessē enī
habebat: p̄ diem festū dimitte eis unū. Ex-
clamauit autē simul uniuersa turba: dicens.
Tolle hunc: & dimitte nobis barrabā. Qui
erat p̄t̄ seditionē quandā factam incuirta-
te & homicidiū missus in carcerem. Iterū autē
pilatus locutus ē ad illos: uolens dimittere
ih̄m. At illi subclamabant dicentes. Cruci-
fige: crucifige illū. Ille autē tercio dixit

ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nulla causa
mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum: & dimit-
tam. At illi instabant: uocibus magnis postula-
tes ut crucifigeret. & inualescebant uoces eorum.
Et pilatus: adiudicauit fieri petitionem eorum.
Dimisit autem illis eum qui propter homicidium &
seditionem missus fuerat in carcerem quem pete-
bant: Iesum uero tradidit uoluntati eorum. Et cum
ducerent eum: apprehenderunt ^{symone} quendam cyrenensem
uenientem de uilla. & imposuerunt illi cru-
cem portare post Iesum. Sequebatur autem illum
multa turba populi & mulierum: que plange-
bant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad
illas Iesus: dixit. Filie Iherusalem nolite flere super
me. sed super uos ipsas flete. et super filios uestros:
quoniam ecce uenient dies in quibus dicent. Beate
steriles que non genuerunt: & ubera que non lac-
tauerunt. Tunc incipient dicere montibus: ca-
date super nos: & collibus: optate nos. Quia si in
ridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet?
Ducebant autem & alii duo nequam cum eo: ut
infringerentur. Et postquam uenerunt in loco

61
eum qui dicitur caluarie: ibi crucifixerunt eum.
Et latrones: unum a dextris. & alterum a sinistris.
Ihesus autem dicebat. Pater: dimitte illis: non enim
sciunt quid faciunt. Diuidentes uero uestimenta
eius: miserunt sortes. Et stabat populus exspec-
tans. Et deridebant illum principes cum eis di-
centes. Alios saluos fecit: se saluum faciat si
hic est christus dei electus. Illudiebant autem ei
& milites accedentes: & acetum offerentes
illi dicentes. Si tu es rex iudeorum: saluum te fac.
Erat autem & superscriptio scripta super illum. litteris
grecis & latinis et hebraicis: hic est rex iudeorum.
Unus autem de his qui pendebant latronibus:
blasphemabat eum dicens. Si tu es christus: saluum
fac te ipsum & nos. Respondens autem alter:
inreprobabat illum dicens. Neque tu times deum:
quod in eadem damnatione es. Et nos quidem
iuste: nam digna factis recipimus: hic uero
nichil mali gessit. Et dicebat ad illum. Domine:
memento mei cum ueneris in regnum tuum. Et
dixit illi ihesus. Amen dico tibi: hodie mecum
eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta.

& tenebre facte sunt in uniuersa terra usque in ho-
ram nonam. Et obscuratus est sol: & uelut tem-
pli scissum est medium. Et clamans uoce magna
Ihesus ait. Pater in manus tuas commendo spiritum
meum. Et hec dicens: exspirauit. Videns autem
centurio quod factum erat: glorificauit deum dicens.
Uere hic homo iustus erat. Et omnis turba
eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et
uidebant que fiebant: percussentes pectora sua
reuercebantur. Stabant autem omnes noti eius
a longe: & mulieres que secute erant eum a ga-
lilea hec uidentes. Et ecce uir nomine ioseph
qui erat decurio uir bonus & iustus: hic non
consenserat consilio & actibus eorum: ab arimathia
ciuitate iudee: qui expectabat et ipse reg-
num dei. Hic accessit ad pilatum: & petiit
corpus ihesu. Et depositum in uoluit syndo-
ne: et posuit eum in monumento exciso. in quo
non dum quisquam positus fuerat. **feria. v.**
In illo tempore. Ante **Solem iohanne.**
diem festum pasche sciens ihesus quia uenit ei
hora. ut transeat ex hoc mundo ad patrem.

62
cum dilexisset suos qui erant in mundo. in fi-
nem dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam
misisset in cor ut traderet eum iudas symonis
scariothis: sciens quia omnia dedit ei pat in
manus. & quia ad deum exiit et ad deum uadit. sur-
git a cena et ponit uestimenta sua. Et cum acce-
pisset linteam: precinxit se. Deinde misit
aquam in peluem: & cepit lauare pedes discipu-
lorum suorum, et extergere linteo quo erat percinctus.
Venit ergo ad symonem petrum: & dixit ei pe-
trus. Domine: tu michi lauas pedes? Respondit
ihesus: & dicit ei. Quod ego facio tu nescis modo:
scies autem postea. Dicit ei petrus. Non laua-
bis michi pedes meum. Respondit ei ihesus.
Si non lauero te: non habebis partem mecum.
Dicit ei symon petrus. Domine: non tantum
pedes meos: sed & manus et caput. Dicit ei ihesus.
Qui locus est: non indiget nisi ut pedes lauet:
sed est mundus totus. Et uos mundi estis: sed
non omnes. Sciebat enim quis nomen eius quod tra-
deret eum: propterea dixit. non estis mundi
omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum & accepit

uestimenta sua: cū recubiuisset iterū dixit eis. Sci-
tis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magis-
ter & dñe: et benedicitis. Sum enim. Si ergo
ego laui pedes ur̄os dñi & magister: et uos
debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū
enim dedi uobis: ut quēadmodū ego feci uo-
bis. ita & uos faciatis. *Feria. vi. Hic n̄ dicit*
dñs uobiscum. nec Gl̄a tibi dñe. s; tantū a dia-
cono p̄mittit̄. Passio dñi nr̄i ih̄u. xp̄i: scdm
illo t̄p̄r. **E**gressus est **Johannem.**
ih̄c cum discipulis suis trans torrentē cedron
ubi erat ortus: in quē introiuit ipse & disci-
puli eius. Sciebat autē & iudas qui tradebat
eū locū: quia frequenter ih̄c conuenerat il-
luc cū discipulis suis. Iudas ḡ cum accepiss;
cohortem. & apontificib; et phariseis minis-
tros: uenit illuc cū laternis & facib; & armis.
Ih̄c itaq; sciens omnia que futura erant sup̄
eum: p̄cessit & dicit eis. Quē queritis? Respo-
derunt ei. Ih̄m naharenū. Dicit eis ih̄c. Ego
sum. Stabat autē & iudas qui tradebat eū
cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum: abie-

68
runt retrorsū & ceciderūt interram. Iterū ergo
eos interrogauit. Quē queritis? Illi autē dixerūt
Ihm naharenum. Respondit ihc. Dixi uobis:
quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos
abire. Ut impleretur sermo quē dixit: quia
quos dedisti michi non peridi ex ipsis quēquā
Symon ḡ petrus habens gladiū eduxit eū:
et percussit pontificis seruū. & abscidit ei au-
riculam dextram. Erat autē nomen seruo
malcus. Dixit ergo ihc petro. Mitte gladiū in
uaginam. Calicem quē dedit michi pat̄ n̄
bibam illū. Cohors ergo & tribunus et minis-
tri iudeorū comprehendērūt ihm: & ligauerunt
eum. et ad duxerunt eum ad annā primum.
Erat enim socer cayphe: qui erat pontifex an-
ni illius. Erat autē cayphas qui consiliū de-
derat iudeis: quia expediret unū hominē mori
pp̄lo. Sequebatur autē ihm symon petrus:
& alius discipulus. Discipulus autē ille erat
notus pontifici: & introiit cū ihu in atrium
pontificis. Petrus autē stabat ad ostium
foris. Exiit ḡ discipul' alius q̄ erat notus

pontifici: & dixit ostiariae et introduxit petrum.
Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Nunquid et
tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille.
Non sum. Stabant autem serui & ministri ad
prunas: quia frigus erat & calefaciebant se. Erat
autem cum eis et petrus stans: et calefaciens se.
Pontifex ergo interrogauit ihm de discipulis
suis: et de doctrina eius. Respondit ei ihs. Ego
palam locutus sum mundo. Ego semper docui
in synagoga & in templo quo omnes iudei con-
ueniunt: et in occulto locutus sum nichil. Ad-
me interrogas? Interroga eos qui audierunt:
quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt: que di-
xerim ego. Hec autem cum dixisset: unus as-
sistens ministrorum dedit alapam ihu dicens. Sic
respondes pontifici? Respondit ei ihs. Si ma-
le locutus sum: prohibe testimonium de malo. Si
autem bene: quid me cecidit? Et misit eum annas
ligatum ad caypham pontificem. Erat autem
simon petrus stans: & calefaciens se. Dixe-
runt ergo ei. Nunquid & tu ex discipulis eius
es? Negauit ille: & dixit. Non sum. Dicit

unus ex seruis pontificis: cognatus eius cuius
abscedit petrus auriculā. **N**onne ego te uidi
morto cum illo. **I**terum ergo negauit petrus
& statim gallus cantauit. **A**dducunt g̃ ihm ad caaphia in pretorium
peruim ut n̄ contaminarent: s; ut mandu-
carent pascha. **E**xiunt ergo pilatus ad eos foras:
& dixit: Quā accusationē afferitis aduersus ho-
minē hunc. **R**esponderūt & dixerunt ei. Si
non esset hic malefactor: n̄ tibi tradidissemus
eum. **D**ixit ergo eis pilatus. Accipite eū uos
& scdm̄ legem ur̄am iudicate eum. **D**ixerūt g̃
ei iudei. **N**obis n̄ licet interficere quēquam.
Ut sermo ihu impleretur quē dixit: signifi-
cans quā morte esset morturus. **I**ntrouit ergo
iterū in pretorium pilatus: & uocauit ihm
& dixit ei. **T**u es rex iudeorū. **E**t respondit ih̄s.
Atenet ipso hoc dicens. an alii tibi dixerūt de me.
Respondit pilatus. **N**unquid ego iudeus sū.
Sens tua & pontifices: tradiderūt te m̄. **Q**uid
fecisti. **R**espondit ih̄s. **R**egnū meū non ē
de hoc mundo. **S**i ex hoc mundo esset reg-
num meū: ministri mei utiq; decertaret

Erat aut̄ man
& ipsi n̄ intro-
erunt in

ut n̄ traderet iudeis. Hunc autē: regnū meum
non est hinc. Respondit itaq; ei pilātus. Ergo rex
es tu. Respondit ih̄c. Tu dicis: quia rex sū ego.
Ego in hoc natus sum & ad hoc ueni in mundū:
ut testimoniū p̄hibeam ueritati. Omnis qui
est ex ueritate: audit uocē meam. Dicit ei pi
lātus. Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset:
iterū exiit ad iudeos. & dicit eis. Ego nullā
inuenio causam in eo. Est autē consuetudo uo
bis: ut unū dimittam uobis in pascha. Uul
tis ergo dimittā uobis regem iudeorū. Clama
uerunt rursum omnes dicentes. Non hunc:
s; barraban. Erat autē barrabas latro. Tē ḡ
apphendit pilātus ih̄m: et flagellauit. Et
mihites plectentes coronā de spinis. impo
suerunt capiti eius: & ueste purpurea cir
cumdederunt eū. Et ueniebant ad eum: &
dicebant. Aue rex iudeorū. Et dabant ei ala
pas. Exiit iterū pilātus foras: et dicit eis.
Ecce adduco uobis eum foras: ut cognosca
tis quia in eo nullā causam inuenio. Exiit
ḡ ih̄c portans spineā coronam: & purpu

65
reum uestimentum. **E**t dicit eis. Ecce homo. Cū
g̃ uidissent eū pontifices & ministri: clama-
bant dicentes. Crucifige: crucifige eum. Dicit
eis pilatus. Accipite eum uos: & crucifigite.
Ego enim n̄ inuenio in eo causā. Responde-
runt ei iudei. Nos legem habemus: & scdm̄
legem debet mori: quia filiū dei se fecit. Cū
g̃ audisset pilatus h̄c sermōnē: magis timu-
it. Et ingressus est pretoriū iterū: & dicit
ad ihm̄. Unde es tu? Ihesus autē: responsū
n̄ dedit ei. Dicit g̃ ei pilatus. Michi n̄ loque-
ris? Nescis quia potestātē habeo crucifigere te:
& potestatem habeo dimittere te? Respondit
ih̄c. Non haberes potestātē aduersum me ullā:
nisi tibi datum esset de sup̄. Propterea q̄ tra-
didit me t̄: maior peccatū habet. & exinde
querebat pilatus dimittere eū. Iudei autē:
clamabant dicentes. Si hūnc dimittis: n̄ es
amicus cesaris. Omnis enim qui se regē facit:
 occupat. **A**t ille respondens: dicit illi. **D**ne:
 dimitte illam & hoc anno: usq; dū fodiam
 circa illa & mittā stercorea. **E**t si quidē fecerit
 fructum: sin autē in futuro succides eam.
Erat autē docens in synagoga eorū sabbat̄is.
& ecce mulier que habebat spm̄ infirmita-
 tis annis decem & octo: et erat inclinata
 nec omnino poterat sursum respicere. **Q**uam
 cū uideret ihs: uocauit ad se & ait illi. **Q**u-
 lier: dimissa es ab infirmitate tua. **E**t im-
 posuit illi manus: & confestim erecta est
 et glificabat d̄m. **R**espondens autē archy-
 synagogus indignans quia sabbat̄o curas
 set ihesus: dicebat turbe. **S**ex dies sunt
 in quib; oportet opari. **I**n his ḡ uenite et

curamini: & n̄ in die sabbati. Respondit autē
 ad illum dñs: et dixit. Hypocrite: uniusq; uest-
 rum sabbato n̄ soluit bouē suū aut asinum
 a p̄sepio. & ducit ad aquarē. Hanc autē filiam
 abrahe quā alligauit sathanas ecce decē & octo
 annis n̄ oportuit solui a iunculo isto die sab-
 bati. Et cū hęc diceret: erubescerant omnes
 aduersarij eius. & omnis ppl̄s gaudebat iuni-
 uersis que gloriose fiebant ab eo. Dom̄. xvi.

In illo t̄p̄: Dixit Scđm̄ matth̄m.

ih̄c discipulis suis. Nemo potest duob; dñis
 seruire. Aut enim unū odio habēbit & altē-
 r̄m diliget: aut unū sustinebit & alterū cō-
 tempnet. Non potestis dō seruire et māmonē.
 Ideo dico uobis: ne solliciti sitis anime in
 quid manducetis. neq; corpori inō quid indu-
 amini. Nonne anima plus ē quā esca. & cor-
 pus plus quā uestimentū. Respicite uolati-
 lia celi. qm̄ non serunt neq; metunt. neq;
 congregant in horrea: & pater ur̄ celestis pas-
 cit illa. Nonne uos magis pluris estis illis?
 Cuius autē ur̄m cogitans potest adicere ad

Ep̄ta. Si uult
 sp̄u sp̄u rambul

fraturā suam cubitū unum. **E**t de uestimēto
quid solliciti estis. Considerate lilia agri quā
crescunt. Non laborant: neq; nent. Dico au
tē vobis: quā nec salomon in omni glā
sua cooptus est sicut unum existis. Si autē
fenū agri quod hodie est et cras in chylbanū mit
titur dens sic uestit: quanto magis uos mi
nime fidei. Nolite igitur solliciti esse dicentes:
quid manducabim? aut quid bibem? aut quo
opiemur. Hec enī omnia: gentes inquirent.
Scit enim pater vester: quia his omnibus indige
tis. Querite igitur primum regnū dei & iusticiā
eius: & hec omnia adicientur vobis. Dom.

vij
pla. Obsecro uos
e deficiatis uicib.

In illo tēpore. **xxvii.** **S**ecūm iherosolimam
ibat ihesus in ciuitate que uocat nāyim: &
ibant cū illo discipuli eius et turba copiosa.
Cum autē appropinquaret portē ciuitatis: ec
ce defunctus efferebat filius unice matris
sue. Et hec uicinia erat: et turba ciuitatis
multa cū illa. Quā cum uidisset dominus:
infecta motus sup eā dixit illi. Noli flere.
& accessit: et tetigit loculū. **H**ij autē qui

portabant: steterunt. Et ait. Adulescens: et dico
 surge. Et resedit qui erat mortuus: et ce-
 pit loqui. Et dedit illi matrem suam. Accepit autem
I omni timor: et magnificabant dominum dicentes.
 Quia propheta magnus surrexit in nobis: et
 quia deus visitavit plebem suam. **Dom. xviii.**
I n illo tempore. **C**um **Secundum Iohannem.**
 intraret ihesus in domum cuiusdam principis
 phariseorum sabbato manducare panem: et ipsi
 observabant eum. Et ecce homo quidam hydro-
 picus: erat ante illum. Et respondens ihesus:
 dixit ad legis peritos et phariseos. dicens. Si
 licet sabbato curare. At illi tacuerunt. Ipse
 vero apprehensum sanavit eum: ac dimisit.
 Et respondens ad illos dixit. Cuius viri asinus
 aut bos in puteum caderet. et non continuo extra-
 heret illum die sabbati. Et non poterant ad-
 hec respondere illi. Dicebat autem et ad in-
 vitatos parabolam: intendens quomodo
 primos accubitus eligent. dicens ad illos.
 Cum invitatus fueris ad nuptias: non
 discumbas in primo loco. ne forte hono-

Epistola. Obsecro vos
 ego unctus in domino.
 xxiii

^{fit}
rator te inuitatus. ab illo. et ueniens is qui te
& illum uocauit dicat t̄. da hunc locū. et tunc
incipias cū rubore nouissimū locū tenere.

S; cum uocāt fueris. uade recumbe in nouis-
simo loco. ut cū uenerit qui te inuitauit di-
cat t̄. amice ascende superius. Tē erit t̄ glā co-
ram simul discumbentib;: quia omnis qui
se exaltat humiliabit̄. & qui se humiliat ex-
altabitur. *Dom̄. xviii. Scdm̄ mathm.*

In illo t̄p̄. **C**onueniēti pharisei inuēni-
& interrogauit ihm unus ex eis legis doctor
temptans eū. *Magister: qd̄ est mandatum
magnum in lege?* *Att̄ illi ih̄c. Diliges d̄m d̄m
tuum ex toto corde tuo. et in tota anima tua.
& in tota mente tua. Hoc ē maximū & pri-
mum mandatū. Scdm̄ autem: simile ē huic.
Diligēs pximū tuum: sicut te ipsū. In his
duob; mandatis: uniuersa lex p̄ndet & pro-
phete. Congregatis autē phariseis: interrogauit
eos ih̄c dicens. Quid uobis uidetur de xpo
cuius filius ē?* *Dicunt ei. Dauid. Att̄ illis.
Quom̄ ḡ dauid in sp̄u uocat eū dominū*

lpla. gratias
ago deo meo.
semp̄ pro uob;
xxv

dicens. dixit dñs dño meo sede adextis meis.
donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tu
or. Si ergo dauid uocat eū dñm: quomō fi
lius ei est. Et nemo poterat respondere ei
uerbū: neq; ausus fuit quisquā ex illa die eū
ampli' interrogare. Dom. xx. Secūm

illo tpr. Ascendens **N**athæum.
ihc in nauiclām: transfretauit & uenit in
ciuitatē suam. Et ecce offerebant ei parali
ticū: iacentē in lecto. Et uident' ihc fidē
illoꝝ: dixit paralitico. Confide fili: remit
tunt tibi peccata tua. & ecce quidā de scri
bis: dixerunt intra se. Hic blasphemiat. Et
cū uidiss; ihc cogitationes eoz: dixit. Ut quō
cogitatis mala in cordib; ur̄is. Quid est fa
cilius dicē. dimittant' t' peccata. an dicere.
surge & ambula. Ut sciatis autē qm̄ filius
hominis habet potestātē in terrā dimitten
di peccata: rē ait paralitico. Surge tolle
lectū tuū: & uade in domū tuā. & surrex
et abiit in domū suā. Videntes autē turbē ti
muerūt: & glificauerūt deū q̄ dedit potestātē

Itale hominib;

94
Cp̄la. Renouam
spū mentis uestr
ix

Ep̄la. Videte q̄
modo caute amb.
xxxij.

In illo t̄p̄r: **D**ice **Dom̄i xxij. Secūm mathio.**
bat ih̄c turbis parabola hanc. **S**imile factū
est regnū celoz̄ homini regi: qui fecit nuptias
filio suo. **E**t misit seruos suos uocare inuita
tos ad nuptias: & nolebant uenire. **I**terum
misit alios seruos dicens. **D**icite inuitatis.
Ecce prandiū meū parauī: tauri mei & alti
lia occisa. & omnia parata. uenite ad nupti
as. **I**lli autē neglexerunt. **E**t abiit̄ aliū in
uilla suam: alius ū ad negotiationē suam.
Reliqui uero tenuerūt seruos eius: & contu
melia affectos occiderūt. **R**ex autē cum audē
set: iratus est. **E**t missis exercitib; suis p̄didit
homicidas illos: et ciuitatē illoz̄ succendit.
Tē ait seruis suis. **N**uptie quidē paratē sūt:
s; qui inuitati erant n̄ fuerūt digni. **I**te ergo
ad exitus uiarū: & quoscūq; inueneritis
uocate ad nuptias. **E**t egressi serui eius in
uias: congregauerūt om̄s quos inuenerūt
bonos & malos. et implete sunt nuptie dis
cumbentiū. **I**ntrauit autē rex ut uideret
discumbentes: & uidit ibi hominē n̄ uesti

95
tum ueste nuptiali. et ait illi. Amice: quom̄
huc intrasti n̄ habens uestē nuptiale. At
ille obmutuit. Tē dixit rex ministr̄s. Liga
tis manib; ei & pedib;: mittite eū in teneb;̄
extiores. Ibi erit fletus: et stridor dencium.
Multi autē sunt uocati. pauci uero electi.

In illo t̄p̄e. *Dom̄. xxii. Secūm iohem.*

Erat quidā regūlus: cui filius infirmus
batur capharnaū. Hic eū audiss; quia ihes;
adueniret a iudeā in galileam: abiit ad eū.
et rogabat eū ut descenderet & sanaret filiv
eius. Incipiebat enim mori. Dixit ḡ ihc ad
eum. Nisi signa & p̄digia uideritis: n̄ credi
tis. Dicit ad eum regūlus. Dñe: descende p̄
quā moriatur filius meus. Dicit ei ihc. Va
de: filius tuus uiuit. Credidit homo sermo
ni quē dixit ei ihc: & ibat. Iam autē eō des
cendente: serui occurrerūt ei. et nuntiaue
runt dicentes. quia filius ei uiueret. Inter
rogabat ergo horam ab eis: in qua meli ha
buerat. Et dixerūt ei: quia heri hora septi
ma reliquit eū febris. Cognouit ḡ pater quā

uy
Epla. Confectam
in domino .i. m.

Ep̄ta. Confidimus in dno ih̄u.

Fviii.

Illa hora erat: in qua dixit ei ih̄c filius tuus uiuit. Et credidit ipse et domus eius tota. **I**n illo t̄p̄r: **Dom̄. xviii. Sec̄m̄ math̄m**

Dixit ih̄c discipulis suis. Simile ē regnū celoz homini regi: qui uoluit rationē pōnere cū seruis suis. Et cū cepisset rationē pōnere: oblatu^s est unus qui debebat decē milia talenta. Cū autē non haberet unde redderet: iussit eū dominus uenundari & uxore et filios et omnia que habebat & reddi. Percidens autē seruus illē: rogabat eū dicens. Patientiā habē in me: & omnia redō t̄. Misertus autem dñs serui illi dimisit eū: & debitū dimisit ei. Egressus autē seruus illē: inuenit unū de conseruis suis qui debebat ei centū denario. Et tenens: suffocabat eū dicens. Redde qd debes. Et percidens conseruis ei: rogabat eū dicens. Patientiā habē in me: & omnia redō t̄. Ille autē noluit: s; abiit et misit eū in carcem donec redderet debitū. Videntes autē conserui ei que fiebant: contristati s̄t ualde. Et uenerūt: et narrauerūt dño suo

omnia que facta fuerant. Tē uocauit illū dñs
suus: & ait illi. Serue nequā: omne debitum
dimisi tē qm rogasti me. Nonne g̃ oportuit &
te misereri conserui tui sicut & ego tui miser
tus sum. Et uatū dñs eius: tradidit eum
torcorib; quo adusq; redderet uniuersū debitū.

Sic & pater n̄r celestis faciet uobis: si n̄ remi
seritis unusquisq; fr̄i suo de cordib; ur̄is.

In illo t̄p̄e. **Dom̄. xxviii. Scđm mathm.**

Abeuntēs pharisei: consiliū inierunt ut
capent ihm in sermone. & mittunt ei disci
pulos suos cū herodianis: dicentēs. Magister:
scim⁹ quia uerax es. & uiam d̄i in ueritate
doces: et n̄ est t̄ cura de aliquo. Non enī re
spicis p̄sonam hominū. Dic ergo nob̄:
quid tibi uidet̄. Licet censū dare cesari an
non. Cognita autē ih̄e nequitiā eor̄: ait:
Quid me temptatis hypocrite. Ostendite m̄
numisma census. At illi obtulerūt ei denari
um. Et ait illis ih̄e. Cui est imago hec et
sup̄scriptio. Dicunt ei. Cesaris. Tē ait illis.
Reddite g̃ que s̄t cesaris cesari. & q̄ s̄t d̄i d̄o.

Ep̄la. Imitatores
mei estote. iob̄s

xxv

Ep̄la. Ecce dies
uenit die dñi

In illo t̄p̄r. **Dom̄. xxv. Sec̄dm̄ ioh̄em.**

Cum subleuasset oculos ih̄c. & uidisset quia
multitudo maxima uenit ad eū. dicit ad phi-
lippum. **V**nde enim panes ut manducent
hij. **H**oc autē dicebat. temptans eū. Ip̄s
enim sciebat. quid esset facturus. Respondit
ei philippus. **D**ucentorū denariorū panes n̄ suffici-
unt eis. ut unusquisque modicū quid accipiat.
Dicit ei unus ex discipulis ei. andreas frat̄
symonis pet̄. **E**t est puer unus hic. qui habet
quinque panes ordeaceos. & duos pisces. **S**ed
hec quid s̄nt inter tantos. **D**ixit ḡ ih̄c. fa-
cite homines discumbere. **E**rat autē fennum
multū in loco. **D**iscubuerūt ergo uiri. nume-
ro quasi quinque milia. **A**cepit ergo ih̄c
panes. & cum gr̄as egisset distribuit discū-
bentib;. **S**umit̄ & ex piscib;. quantum uole-
bant. **U**t autē impleti sunt. dixit disci-
pulis suis. **C**olligite que sup̄auerūt fragm̄ta-
ne p̄eant. **C**ollegērūt ergo. et impleuerūt duo
decim cophinos fragm̄torū ex quinque panib;
ordeaceis & duob; piscibus. que sup̄fuerūt

97
his qui manducauerant. Illi ergo homines
cum uiderent quod fecerat signum dicebant. Quia
hic est uere prophetam qui uenturus est in mun-
dum.

In natali Sci Stephani p^{ri}thomiris.

NILLO . **SE** . **SE** . **SE** .
GEOPORRE . **SE** . **SE** . **SE** .
Secundum Iachim.

Quod dicebat ihesu turbis iudeorum et principibus
sacerdotum. **E**cce ego mitto ad uos
prophetas et sapientes et scribas et ex illis oc-
cideris et crucifigetur et ex eis flagellabitur in
synagogis uestris et persequemini de ciuitate in
ciuitate ut ueniat super uos omnis sanguis
iustus qui effusus est super terram a sanguine
abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii ba-
rachie quem occidistis inter templum et altare.
Amen dico uobis: uenient hec omnia super ge-
nerationem istam. Hierusalem hierusalem que occi-
disti prophetas et lapidasti eos qui ad te missi sunt.
quociens uolu congregare filios tuos quem
admodum gallina congregat pullos suos
sub alas et noluit. **E**cce relinquet uobis

domus uia deserta. **D**ico enim uobis: non me
uidebitis amodo donec dicatis. **B**enedictus qui
uenit in nomine domini. **I**n natali sancti iohannis
illo tempore. **E**uangeliste. **S**ecundum iohannem.
Dixit ihesus petro. **S**equere me. **C**onuersus
petrus: uidit illum discipulum quem diligebat ihesus
sequentem. qui et recubuit in cena super pectus
eius. et dixit domine quis est qui tradet te.
Hunc ergo cum uidisset petrus: dixit ihesu. **D**ne:
hic autem quid. **D**icit ei ihesus. **S**ic eum uolo
manere: donec ueniam. **Q**uid ad te. **T**u me
sequere. **F**ixit ergo sermo iste inter fratres: quia
discipulus ille non moritur. **E**t non dixit ei ihesus
quia non moritur: sed sic eum uolo manere
donec ueniam. **Q**uid ad te. **H**ic est discipulus
qui testimonium perhibet de his: et scripsit haec.
Et scimus quia uerum est testimonium eius.
In natali sanctorum innocentium. **S**ecundum matthaeum.
illo tempore. **A**ngelus domini apparuit in
somnia ioseph dicens. **S**urge et accipe pue
rum et matrem eius. et fugemus in egyptum: et
esto ibi usque dum dicam tibi. **F**uturum est

enim: ut herodes querat puerū ad p̄dendum
 eū. Qui conſurgens accepit puerū & matrē
 ei nocte: et ſeceſſit in egyptū. Et erat ibi uſq;
 ad obitū herodis: ut adimpleret qđ dictum
 eſt ad nō p̄ prophetā dicentē. In egypto uoca
 ui filiū meum. Tē herodes uident qm̄ illuſus
 eſt: a magis: iratus ē ualde. & mittens occidit
 om̄s pueros qui erant in bethleem & in om̄ib;
 finib; ei ab imātu et infra: ſecū temp⁹ qđ ex
 quiſerat a magis. Tē adimpletū eſt: qđ dictū
 eſt p̄ iheremiā p̄pham dicentē. Vox in rama
 audita eſt plorātū & ululat⁹ mult⁹.
 rachel plorans filios ſuos. Et noluit conſolari
 quia n̄ ſunt. **Silueſtri pape.**

Thome ep̄.
 7 m̄. Niſi
 granū fru.

Homo quidā peregre p̄ficiſcens. q̄r in unū q̄f:
 In noct ſc̄i Stephani. **E**cce mitto. ut i die.
 In noct ſc̄i ioh̄is. ev. **D**ixit ihe pet. ut i die.
 In noct s. innocētū. **A**ngl̄s domini. ut i die.
Felicit in p̄ncip. **S**ecūm Lucam.

Wilhelm ep̄.
 Sūt lumb.
 Ore i unū
 q̄f. pont.

In illo t̄p̄: **D**ixit ihe diſcipulis ſuis.
 Qui uos audit: me audit. & qui uos ſper
 nit: me ſp̄nit. Qui autē me ſp̄nit: ſpernit

eum qui me misit. Reuersi sunt autē septu-
aginta duo cū gaudio: dicentes. **Q**uē: etiam
demonia subiciunt nobis in nomine tuo.
& ait illis. **V**idēbam sathanā: sicut fulgur
de celo cadentem. **E**cce dedi uobis potestatem
calcandi supra serpentes & scorpiones. et su-
pra omnē uirtutē inimici: et nichil uos no-
cebit. **V**erūtamen in hoc nolite gaudere:
quia spēs uobis subiciuntur. **G**audete autē
quā nōmina uīra scripta sunt in celis.

Antony of
Dixit sy-
mon p. ad
ihm. Ecce.

Marcelli pp & mī

Homo quidā peregre profic. **Q**uere in unī ofes.

Prisce uirg & mī.

S virginis.

Simile est regnū celoz thes. qm unī

Fabiani & Sebastiani mīm.

S mīm.

Descendens ihc de monte. **I**n plimoz

Agnetis uirginis et mīs.

S virginis

Simile est regnū celoz decē uirg. **K** i unī

Sincentij mī. **A**m am dico v. **S** martyrīs.

Nisi granum frumenti cad. **K** unī

Conuersio scī Pauli. **S** qm unī ofes.

Dixit symon petrus ad ihm. **E**cce nos rel.

Agnētis scđo. **S**imile ē regnū .c. thesaur.
qđ mun' un'g. **I**n purificē scē marie.
In illo t'p'ā. **P**ostquā **S**cdm l'cam.
impleti sunt dies purgationis marie scđm
legem moyſi: tulerunt ihm in iherlm. ut
sisterent eum dño sicut scđm ē in lege do
mini. quia omne masculinū ad apiens uul
uam. scđm domino uocabitur. **E**t ut daret
hostiā scđm qđ dictum ē in lege domini.
par turturū aut duos pullos columbarū.
Et ecce homo erat in iherlm cui nōmē sy
meon: & homo iste iustus & timoratus ex
spectans consolationē isrl. et spiritus scs
erat in eo. **E**t responsū accepit a spū scō.
n̄ uisurum se mortē. nisi prius uideret
apm dñi. **E**t uenit in spū in templū. **E**t
cū inducerent puerū ihm parentes ei. ut
facēt scđm consuetudinē legis p eo: & ipse
accepit eū in uulnas suas. et benedixit dñm
& dixit. **N**ē dimittis seruū tuum scđm uer
bū tuū in pace: qā uiderēt oculi mei saluta
re tuū. qđ parasti ante faciem omniū p'p'tōr.

99
Juliani ep̄i
79f. Ho
mo qđam
pegre pfi.

Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis
tue israel.

Simile est. r. cel. decem uirg. q. r. unum uirgins.
Valentinum m. r. Agathe uirg. i. m. r. **S** martyr. **S** martyr.

Nolite arbitrari quia uenerim. p. r. in unum
Cathedra scilicet Petri. **S**ed in Nathan.

In illo tpe. **C**entit ihc in partes cesaree
philippi: & interrogabat discipulos suos dicens.
Quem dicunt homines esse filium hominis: At
illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. alii
autem helyam. alii uero iheremiam: aut unum
ex prophetis. Dicit illis ihc. Vos autem quem me
esse dicitis: Respondens symon petrus: dixit.
Tu es xpc filius di uiui. Respondens autem
ihc: dixit ei. Beatus es symon bartholoma: quia
caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus
qui in caelis est. Et ego dico tibi quia tu es
petrus: et super hanc petram edificabo eccle-
siam meam. & portae inferi: non preualebunt
aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni caelorum.
Et quodcumque ligaueris super terram: erit liga-
tum in caelis. Et quodcumque solueris super terram:

erit solutum in celis. *Matthe apostoli.*

Hoc est preceptum meum. *¶ in unius apli.*

Gregorii pp. Confessoris.

Homo quida peregre proficiscens. u. *¶ in unius*

Benedicti abbatis. Scdm orationem.

In illo tpe. **D**ixit symon petrus ad ihm.

Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te.

Quid ergo erit nobis? **I**hesus autem dixit illis.

Amen dico uobis: qd uos qui secuti estis me.

in regeneratione cum sederit filius hominis in

sede maiestatis sue. sedebitis & uos super sedes

duodecim. iudicantes duodecim tribus israhel.

¶ omnis qui reliquerit domum uel fratres aut so-

rores. aut patrem aut matrem ^{aut uxorem.} aut

agros propter nomen meum. centuplum accipiet

& uitam eterna possidebit.

In Annuntiatione dominica. Scdm lucam.

In illo tpe. **M**issus est angelus gabriel ad o-

menitatem galilee cui nomen nazareth. ad uir-

ginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph.

de domo dauid: & nomen uirginis maria. **¶**

Ingressus angelus ad eam. dixit. **A**ue gratia

plena: dominus tecum. **B**enedicta tu in mulieribus
Que cum audisset turbata est in sermone eius.
et cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait
angelus ei. **N**e timeas maria: inuenisti enim gra-
tiam apud dominum. **E**cce concipies in utero et pari-
es filium: et uocabis nomen eius ihesum. **H**ic erit
magnus: et filius altissimi uocabitur. **E**t dabit
illi dominus sedem dauid patris eius: et regna-
bit in domo iacob in eternum. et regnum eius non
erit finis. **D**ixit autem maria ad angelum. **Q**uomodo
fiet istud quoniam uirum non cognosco. **E**t respon-
dens angelus: dixit ei. **S**piritus sanctus superueniet
in te: et uirtus altissimi obumbrabit te. **I**deoque
et quod nascetur ex te sanctum: uocabitur filius dei.
Et ecce elysabet cognata tua: et ipsa concepit
filium in senectute sua. **E**t hic mensis est sextus
illi que uocatur sterilis: quia non erit impossi-
bile apud dominum omne uerbum. **D**ixit autem maria.
Ecce ancilla domini. **F**iat michi secundum uer-
bum tuum. **Ambrosii epi.**

Vigilate quia nescitis. q. h. **¶** In unum conf.
Tyburcy. Valeriani. Maximi m. m.

101
Ecce ego mitto uos sic oues *q̄* in plimox. in r̄m.

Georgii martyris. Junius magis.

Si quis uult post me uenire. a. f. Quere in

Marei Luglute. Scdm Johanne.

In illo t̄p̄r. Dixit ih̄c discipulis suis.

Ego sum uitis uera. et pat̄r meus agricola est.

Omne palmitem in me n̄ ferentem fructum
tollit eum. & omne qui fert fructum purgabit
eum. ut fructum plus afferat. Iam uos mundi

estis. p̄pter sermonem quem locutus sum uobis.

Manete in me. et ego in uobis. Sicut palmes
n̄ potest ^{ferre} fructum a se ipso nisi manserit in uita.

sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum

uitis. et uos palmites. Qui manet in me et

ego in eo hic fert fructum multum. quia sine

me nichil potestis facere. Si quis in me non

manserit. mittet foras sicut palmes & arbor

et colligent eum. et in ignem mittent & ardet.

Si manseritis in me et uerba mea in uobis

manserint. quodcumque uolueritis petetis & fiet

et uobis. In hoc clarificatus est pater meus. ut

fructum plurimum afferatis. & efficiamini mei

discipuli. Sicut dilexit me pater: & ego dilexi
uos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea
seruaueritis manebitis in dilectione mea: sic
& ego patris mei precepta seruauit & maneo in
eius dilectione. Hec locutus sum uobis: ut
gaudium meum in uobis sit & gaudium uirum

utalis miris.

impleatur

Ego sum uitalis. In altera parte huius folii
Philippi & Jacobi apostolorum. Secundum Iohannem
in illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis.
Non turbetur cor uestrum. Creditis in deum: et
in me credite. In domo patris mei: mansio
multe sunt. Si quomodo dixissem uobis: quia
uado parare uobis locum. & si abiiero et pre
parauero uobis locum: tunc uenio & accipiam
uos ad me ipsum. ut ubi sum ego. et uos sitis.
Et quo ego uado scitis: & uiam scitis. Dicit
ei thomas. Domine: nescimus quo uadis. Et quomodo
modo possumus uiam scire. Dicit ei Iesus. Ego
sum uita: & ueritas. et uita. Nemo uenit ad
patrem: nisi per me. Si cognouissetis me & patrem
meum utique cognouissetis: & a modo cognosce

Robti ab.
ev. Dixit sy
non petri
ad ihm. Ecce
nos.
Det mir. Nisi gnū.
xij.

tus cum. et uidistis eum. Dicit ei philippus. Domine.
 ostende nobis patrem. & sufficit nobis. Dicit ei
 ih̄s. Tanto tempore uobiscum sum. et non cogno-
 uistis me. Philippe. qui uidet me. uidet &
 patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem.
 Non credis quia ego in patre et pater in me
 est. Verba que ego loquor uobis. a me ipso
 non loquor. Pater autem in me manens. ipse fa-
 cit opera. Non creditis quia ego in patre. & pater
 in me est. Alioquin. propter opera ipsa credite.
 Amen amen dico uobis. qui credit in me opera
 que ego facio et ipse faciet. Et maiora horum
 faciet. quia ego ad patrem uado. & quodcumque
 petieritis in nomine meo. hoc faciam. ut
 glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in
 nomine meo hoc faciam.

In uentione sancte crucis. Admissa priorum.
 Alexandri. s. v. et Theod. Secundum lucam.

In illo tempore. Iesus ait discipulis suis.
 Cum audieritis prelia et seditiones. nolite
 terri. Oportet primum hec fieri. sed non dum
 statum finis. Tunc dicebat illis. Surget gens

contra gentē. et regnū aduersus regnū: & terre
motus magni erunt y loca. et pestilentie & fa
mes. terroresq; de celo. & signa magna erunt.
S; ante hec omnia inicient uobis manus su
as et psequentur: tradentes in synagogas et
custodias. trahentes ad reges & presides ppter
nomē meum. Contingeret autē uobis intestimo
niū. **P**onite ergo in cordib; ur̄is: non p̄ne
ditari quēadmodū respondeatis. Ego enī da
bo uobis os et sapientiā: cui n̄ poterit resiste
re & contradicere omnes aduersarij ur̄i. Trade
mini autē a parentib; & fratrib; et cognatis
& amicis: et morte afficient ex uobis. Et eritis
odio omnib;: ppter nomen meū. Et capillus
de capite ur̄o non p̄bit. **In**patientia ur̄a
possidebitis animas ur̄as. **Ad missā maio**
in illo t̄p̄: **rem. Secūm iohannē.**

Erat homo ex phariseis nichodemus nomine.
p̄nceps iudeorū. Hic uenit ad ih̄m nocte: &
dixit ei. Rabbi: scimus quia a dō uenisti
magister. Nemo enim potest hec signa fa
cere que tu facis: nisi fuerit d̄s cum eo.

103
Respondit ih̄c: & dixit ei. Amen am̄ dico tibi: ni
si quis natus fuerit denuo. n̄ potest uidere
regnum d̄i. Dicit ad eum nichodemus. Quom̄
potest homo nasci cū sit senex? Nunquid
potest in uentre matris sue iterato introire
& nasci? Respondit ih̄c. Amen am̄ dico tibi:
nisi quis renatus fuerit ex aqua & sp̄u sc̄o.
n̄ potest introire in regnū dei. Quod natū est
ex carne: caro est. Et quod natum ē ex sp̄u:
sp̄e est. Non mireris quia dixi tibi: oportet
uos nasci denuo. Sp̄e ubi uult spirat: et
uocē eius audis. s; n̄ scis unde ueniat. aut
quo uadat. Sic est omnis: qui natus est ex
sp̄u. Respondit nichodemus: & dixit ei. Quom̄
possunt hec fieri? Respondit ih̄c: et dixit
ei. Tu es magister in isrl̄ et hec ignoras?
Amen am̄ dico tibi: quia qd̄ scim̄ loquim̄.
& qd̄ uidim̄ testamur. et testimoniū nr̄m
n̄ accipitis. Si t̄rena dixi uobis & n̄ credi
tis: quom̄ si dixero uobis celestia credetis?
Et nemo ascendit in celū. nisi qui descen
dit de celo: filius hominis qui est in celo.

Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto.
ita exaltari oportet filiū hominis: ut omnis
qui credit in ipsum n̄ pereat s; habeat uitā
eternam.

xxi

In illo t̄p̄: **D**ixit **S**cdm iohem.
ih̄c petro. **S**equere me. **C**onuersus petrus.
uidit illū discipulū quē diligebat ih̄c sequen-
tem. qui et incena recubuit sup pectus eius.
& dixit. dñe quis est qui tradet te. **H**unc ḡ
cum uidisset petrus. dixit ih̄u. Dñe. hic
autē quid. **D**icit ei ih̄c. **S**ic eum uolo ma-
nere. donec ueniā. **Q**uid ad te. **T**u me se-
quere. **E**xiuit ḡ sermo iste int̄ fratres. q̄a
discipulus ille n̄ mortitur. **Q**uā n̄ dixit ei ih̄c
quā n̄ morit. s; sic eum uolo manere. do-
nec ueniam. quid ad te. **H**ic est discipul⁹ qui
testimoniū phibet de his: et scripsit hec. **E**t
scimus q̄a uerum est testimoniū eius.

Gordiani & spymachi m̄m.

Sedente ih̄u sup montē. **I**n plim̄ m̄m.

Nerei achillei. **P**amētū. **S**cdm mathew.

xxv

In illo t̄p̄: **A**ccesserunt ad ih̄m pha-

petri ep̄i.
sunt libri

704
riserit: temptantes eum & dicentes. Si licet homi-
ni dimittere uxorem suam quacumque ex causa.
Qui respondens: ait illis. Non legistis quia
qui fecit ab initio masculinum & feminam fecit
eos. & dixit. propter hoc dimittet homo patrem
et matrem. & adheret uxori suae. et erunt duo
in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una
caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separare.
Dicunt illi. Quid ergo moyses mandavit dari
libellum repudii & dimittere. Ait illis. Quoni-
am moyses ad duriciam cordis vestri permisit vo-
bis dimittere uxores vestras. Ab initio autem
non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicumque di-
miserit uxorem suam nisi ob fornicationem. et
aliam duxerit. mechatur. Et qui dimissam
duxerit: mechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si na-
est causa homini cum uxore: non expedit nu-
bere. Qui dicit. Non omnes capiunt verbum
istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi.
qui de matris utero sic nati sunt. & sunt eunuchi.
qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi. qui se ip-
sos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest ca-
pere capiat.

Herlumi p̄ & martyris. **S**uni' confess.
Homo quidā p̄gre proficiscens uoc̄. Quere ī
Nicomedis m̄r.

Si quis uult me sequi deneget s. In vni' m̄r.
Marcellini & Petri martyriū. **S** m̄m.

Amen amen dico uobis q̄a plorab. q̄r̄ implim
Primi & feliciani m̄m.

Uidens turbas ih̄c ascendit im̄. q̄r̄ impl. m̄r.
Barnabe apli. **S** ap̄toꝝ.

Hec mando uobis **S** q̄r̄ innat
Basilidis. Cyrini. Nabors & Harari m̄m.

Ecce ego mitto uos sic̄ oues. q̄r̄ impl. m̄r.
Marci & Marcelliani m̄m. **S** m̄r.

Atendite a fermento phariseoꝝ. q̄r̄ implim
Geruasii et Pthasii m̄m. **S** ecd̄m marcū.

xiiij

In illo t̄p̄r. **C**um egredieret ih̄c de tem
plo: ait illi unus de discipulis suis. Magis
ter: aspice quales lapides & quales structu
re. **E**t respondens ih̄c: ait illi. Videt has
omnes magnas edificationes. **N**on relin
quetur lapis sup̄ lapidē: qui n̄ destruat.
Et cum sederet in monte oliuariū. contra

105
templū: interrogabant eū separatim petrus
& iacobus et iohannes. & andreas. **D**ic nobis
quando ista fient: et quod signum erit quan-
do hec omnia incipient consumari. **E**t re-
spondens ihesus: cepit dicere illis. **V**idete: ne
quis uos seducat. **M**ulti enim ueniunt in no-
mine meo dicentes. quia ego sum: & multos
seducunt. **C**ū audieritis autē bella & opi-
niones bellorum: ne timueritis. **O**portet enim
hec fieri: sed nondū finis. **E**xurget autem
gens sup̄ gentē. & regnum sup̄ regnū: et
erit terre motus p̄ loca. & fames. **I**ntiū do-
lorū hec. **V**idete autē uos met ipsos. **T**ra-
dent enim uos in conciliis: & in synagogis
uapulabitur. & ante presides et reges stabi-
tis p̄pter me: in testimonium illis. **E**t in omnes
gentes: p̄mum oportet p̄dicari euāgeliū. **E**t
cū duxerint uos tradentes: nolite cogi-
tare quid loquamini. sed quod datum fuerit uo-
bis in illa hora id loquamini. **N**on enim estis
uos loquentes: sed sp̄s sanctus. **T**radet autē
frater fr̄em in mortē. & pater filium. **E**t

confurgent filij imparentes. & morte eos affici-
ent. Et eritis odio omnibus; pp̄ nomen meum.

Qui aut̄ sustinuerit in fine. hic saluus erit.

Inuigilia sc̄i Iohannis baptiste. Initiū sc̄i

vult in dieb; Engly: sc̄dm Lucam.

Fherodis regis iudee sacerdos quidā nomi-
ne zachariās de uice abia. & uxor illi de filiab;
aaron. et nomen eius elysabeth. Erant autē
iusti ambo ante d̄m. incedentes in omnibus
mandatis & iustificationib; d̄ni sine querela.
Et n̄ erat illis filius. eo qd̄ esset elysabeth steri-
lis. & ambo possissent in dieb; suis. Factū est au-
tem cū sacerdotio fungeretur zachariās in
ordine uicis sue ante d̄m. sc̄dm consuetudi-
nem sacerdotu sorte exiit ut incensū ponēt
ingressus in templū d̄ni. Et omnis multi-
tudo erat ppli orans foris. hora incensi. Ap-
paruit autē illi angls d̄ni. stans adextris
altaris incensi. Et zachariās turbat̄ est in-
dens. & timor irruit sup̄ eū. Dixit autē ad illū
angls. Ne timeās zachariā. qm̄ exaudita ē
deprecatio tua. Et uxor tua elysabeth pa-

106
riet tibi filiū. & uocabis nom̄ eius iohannē.
Et erit gaudiū tibi & exultatiō. et multi in
natiuitate eius gaudebūt. Er̄t enī magnū
corā dño. & uinū et ficerā non bibet. & spū
scō replebitur adhuc ex utero matris sue. Et
multos filios isrl̄: conuertet ad dñm dñm ip̄
sorum. & ipse precedet ante illū in spū & uirtu
te helye: ut conuertat corda patrū in filios.
et incredulos ad prudentiā iustorum. Parare
domino plebe p̄fectam. **In die ad missā ma
tutinate.** **Scdm̄ lueam.**

In illo t̄p̄. **O** iuit zacharias ad anḡlū.
Vnde hoc sciam. Ego enim sū senex. et
uxor mea p̄cessit in diebus suis. Et respondens
anḡls: dixit ei. Ego sum gabriel qui adsto
ante dñm. & missus sū loqui ad te. & hec tibi
enun̄ciare. Et ecce eris tacens. & non poteris
loqui usq; in diem quo hec fiant. pro qđ n̄
credidisti uerbis meis. que implebunt̄ in
tempore suo. & erat plebs expectans zacha
riam. & mirabant̄ quod tardaret ipse in te
plo. Egressus autē nō poterat loqui ad illos.

& cognouert qd uisione uidisset in templo. &
ipse erat inueniens illis: & pmanfit mutus.
Et factum e ut impleti sunt dies officij eius:
abijt in domū suam. Post hos autē dies con-

cepit elysabeth uxor eius: et occultabat se me-
sibus quinque: dicens. Quia sic fecit in dñs in
dieb; quib; respexit auferre obprobriū meum
inter homines. **Indie admissā maioreo.**

In illo tpr: Elysa¹beth **Secdm lvcam.**
impletū est temp' pariendi: & peperit filium.

Et audierūt uicini & cognati ei quia magni-
ficauit dñs misericordiam suā cum illā: et con-
gratulabant' ei. & factum ē indie octauo
uenerūt circūcidē puerū: et uocabant eū

nomine patris sui zachariam. Et respondet
mat' eius: dix. Nequaquam: s; uocabit' iohs.

Et dixerūt ad illam: quia nemo est in cogna-
tione tua qui uocetur hoc nomine. In-

uebant autē patri eius: quē uellet uoca-
ri eum. Et postulans pugillare: scripsit di-

cent. Iohannes ē nom' eius. & mirati sūt
uniuersi. Aptum est autē ilico os eius et

107
lingua eius: & loquebat^r benedicent^r dñm. Et factus est timor sup om̄s uicinōs eor^{um}: & sup om̄ia montana iudee diuulgabant^r om̄ia uerba hec. Et posuer^{unt} omnes qui audier^{unt} in corde suo: dicentes. Quid putas puer iste erit? & enim manus dñi: erat cū illo. Et zacharias pater eius implet^{us} ē spū sancto: & pphetauit dicens. Benedictus dñs deus isrl̄: quia uisitauit et fecit redemptionē plebis sue.

Johannis & Pauli m̄m.

Sim̄m.

Descendens ih̄c de monte

¶ Impl̄

Vigilia Apl̄oz Pet̄ & Pauli. Sedm̄ Ioh̄em.

In illo t̄p̄e. **Q**uixit ih̄c pet̄ro. Symon iohannis diligis me plus his? Dicit ei. Etia^m dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū. Symon iohannis diligis me? Dicit illi. Etiam dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei terciō. Symon iohannis amas me? Contristatus est petrus quia dixit ei terciō amas me: & dicit ei. Domine: tū om̄ia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas.

amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas
te. & ambulabas ubi uolebas. Cum autem senue-
ris: extendes manus tuas. & alius te cinget. &
ducet quo non uis. Hoc autem dixit significans
qua morte esset clarificaturus deum. **Indie.**

In illo tpe: **C**enit **Secdm matthm**
ihs in partes cesaree philippi: & interrogabat
discipulos suos dicens. Quem dicunt homines
esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii io-
hannem baptistam. alii autem helyam. alii uero
ieremiam: aut unum ex prophetis. Dicit illis ihs.
Vos autem quem me esse dicitis? Respondens
symon petrus: dixit. Tu es xps filius dei uiui.
Respondens autem ihs: dixit ei. Beatus es sy-
mon bariona: quia caro & sanguis non reue-
lauit tibi. sed pater meus qui in celis est. Et
ego dico tibi quia tu es petrus: & super hanc pe-
tram edificabo ecclesiam meam. & porte in-
feri: non preualebunt aduersus eam. Et tibi
dabo clauem regni celorum. Et quodcumque liga-
ueris super terram: erit ligatum in celis. Et
quodcumque solueris super terram: erit solutum in celis.

108
Comemoratio sci Pauli.

Junii conf.

Dixit symon petrus ad ihm. Ecce nos. r. q. in
Octave sci iohannis baptiste.

Elyzabeth impletum e tempus. q. ret. indix. ei.
Processi. & Martini. am. m. r. m.

Sedente ihu sup montem. o. q. in plus. m. r. m.

Translatio sci Martini epi.

Vigilate quia nescitis qua h. q. in unii. conf.

In octavis aplos. ^{& poctauas} Sedm mathm.

In illo tpe. Iussit ihc discipulos suos ascen
dere in nauicula. & precedere eum transfre
tum. donec dimittet turbas. Et dimissa tur
ba. ascendit in montem solus orare. Vespere aut
facto solus erat ibi. nauicula autem in medio
mari iactabat fluctibus. Erat autem illis contra
rius uentus. Quarta autem uigilia noctis uenit
ad eos. ambulans sup mare. & uidentes eu
supra mare ambulante. turbati st dicentes
quia fantasma e. Et pre timore clamauerunt.
Statimq. ihc locutus est eis dicens. Habete
fiduciam. Ego sum. nolite timere. Respo
dens autem ei petrus. dixit. Domine. si tu

es. tunc me uenire ad te super aquas. At ipse dixit.
Veni. Et descendens petrus de nauicula.ambu-
labat super mare. ut ueniret ad ihm. Videns
uero uentum ualidum. timuit. Et cum cepisset mē-
gi. clamauit dicens. Domine. saluum me fac. Et
continuo ihu extendens manum apprehendit
eum. et ait illi. Modice fidei quare dubitasti.
Et cum ascendisset in nauiculam. cessauit uentus.
Qui autem in nauicula erant. uenerunt et adora-
uerunt eum dicentes. Vere filius dei es.

Septem fratrum matris. **Secundum matthiam.**

In illo tempore. Loquente ihu ad turbas.
ecce mater eius et fratres stabant foris. queren-
tes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua
et fratres tui foris stant. querentes te. At ipse
respondens. dicenti sibi ait. Quis est mater mea
et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in
discipulos suos. dixit. Ecce mater mea. et fratres
mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris
mei qui in celis est. ipse meus frater et soror.
et mater est.

Marie magdalene. Secundum lucam.

109
VII

In illo tēpore. **R**ogabat ih̄m quidā pharise-
us. ut manducaret cū illo. Et ingressus do-
mū pharisei. discubuit. Et ecce mulier que
erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit qd̄ ac-
cubuisse in domo pharisei. attulit alabas-
trum ungenti. & stans retro secus pedes ei.
lacrimis ceptis rigare pedes eius. & capillis ca-
pitis sui tergebat. & osculabatur pedes ei. et
ungento ungebat. Videns autē phariseus
qui uocauerat eū. ait intra se. Hic si esset
pp̄ha. sciret utiq; que & qualis est mulier q̄
tangit eum. quia peccatrix est. Et respondens
ih̄s. dixit ad illū. Symon. habeo t̄ aliquid
dicere. At ille dixit. Magister. dic. Duo debi-
tores erant ciuidā feneratori. unus debebat
denarios quingentos. & alius quin-
quaginta. Non habentib; illis unde redde-
rent. donauit utriusq;. Quis ḡ eum plus
diligit. Respondens symon. dixit. Ultimo.
quia is cui plus donauit. At ille dixit ei.
Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierē.
dixit symoni. Vidēs hanc mulierem.

Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedi-
disti. Hec autem lacrimis rigauit pedes meos: et
capillis suis terxit. Osculum michi non dedisti: hec
autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes
meos. Oleo caput meum non unxisti: hec autem
unguento unxit pedes meos. Propter quod dicunt.
remittunt ei peccata multa quoniam dilexit mul-
tum. Cui autem minus dimittit: minus dili-
git. Dixit autem ad illam. Remittunt tibi pec-
cata. Et cepunt qui simul accumbebat dicere
inter se. Quis est hic qui etiam peccata di-
mittit. Dixit autem ad mulierem. Fides tua: te
saluam fecit. Vade in pace.

Apollinaris in rōis. Secundum lucam.

xxxi.
In illo tempore. Facta est contentio inter disci-
pulos: quis eorum uideretur esse maior.
Dixit autem eis ihesus. Reges gentium dominantur eorum
& qui potestatem habent super eos benefici uo-
cantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est
in uobis: fiat sicut iunior. & qui precessor est:
sicut ministrator. Nam quis maior est: qui
recumbit: an qui ministrat. Nonne qui re-

110
cumbit. Ego autē in medio ur̄m sum: sicut q̄
ministrat. Vos autē estis: qui p̄mansistis me
cum in temptationib; meis. Et ego dispono
uobis sicut disposuit in̄ pat̄er̄ meus regnū: ut
edatis & bibatis sup̄ mensam meā in regno
meo. et sedeatis sup̄ thronos iudicantes duo
decim trib; isrl̄.

Iacobi apli **Secūm math̄m.**
¶ In illo t̄p̄: **S**cessit ad ih̄m mater filioꝝ
zebedei cum filiis suis: adorans & petens ali
quid ab eo. Qui dixit ei. Quid uis? ait illi.
Dic ut sedeant hi duo filij mei unus ad dex
teram tuā & unius ad sinistram tuā: in reg
no tuo. Respondens autē ih̄s: dixit. Nescitis
quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego
bibiturus sum? Dicunt ei. Possūm. Ait illis.
Calicem quidem meū bibetis: sedere autē ad
dexterā meam & ad sinistra non est meū da
re uobis. s; quib; paratum est a patre meo.

Abdon & Sennes m̄r̄m. **I m̄r̄m.**
Ecce ego mitto uos sicut agnos. **¶ In pluz**
Aduincula s̄c̄i Petri.

¶ felices q̄i. un̄
Sunt lumbi ur̄i.
q̄i in un̄ cōfess̄

Venit ih̄c in partes. c. *¶* *¶* retro in. iiii. folio.

Stephani pape.

Secūm lveam.

In illo t̄p̄r. **D**ixit ih̄c discipulis suis pa-
rabolam hanc. **H**omo quidā nobilis abiit in
regionē longinquā: accipe sibi regnū & reuer-
ti. **V**ocatis autē decem seruis suis: dedit illis
decem m̄nas. **E**t ait ad illos. **N**egotiamini
dū uenio. **C**uius autē eius odierant illū: & mi-
serunt legationē post illum dicentes. **N**olu-
mus hunc regnare sup̄ nos. **E**t factū est ut re-
dier̄t accepto regno: & iussit uocari seruos q̄
bus dedit pecuniā. ut sciret quantū quisq̄
negotiatuſ esset. **V**enit autē primus dicens.
Dñe: m̄na tua decē m̄nas acquisiuit. **E**t
ait illi. **E**uge serue bone: quia in modico fide-
lis fuisti. eius potestātē habens supra decē ci-
uitates. **E**t alter uenit dicens. **D**ñe: m̄na tua
fecit quinq; m̄nas. **E**t huic ait. **E**t tu esto
supra quinq; ciuitates. **E**t alter uenit dicens.
Dñe: ecce m̄na tua: quā habui repositam
in sudario. **T**imui enī te quia homo austerus
es: tollis qd̄ n̄ posuisti. & metis qd̄ n̄ semi-

711
nasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: serue
nequā. Sciebas quod ego homo austerus sum tol-
lens quod non posui: & metens quod non seminavi.
Et quare non dedisti pecuniā meam ad mensam.
& ego ueniens cum usuris utique exegissem illam.
Et astantibus dixit. Auferte ab illo minas: & da-
te illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei.
Dne: habet decem minas. Dico autem uobis quia
omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet
et quod habet auferetur ab eo. Veritatem in unicos
meos illos qui noluerunt me regnare super se. ad-
ducite huc & interficite ante me.

Inuentio sancti Stephani pythomiris.

In illo tempore: **D**ixit **S**ocius **M**achin.
bat ihesus turbis iudeorum & principibus sacerdotum.
Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes et scri-
bas: & ex illis occidetis et crucifigetis. & ex eis
flagellabitis in synagogis uestris. & persequemini
de ciuitate in ciuitatem. ut ueniat super uos
omnis sanguis iustus qui effusus est super terram.
a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie
filii barachie: quem occidistis in templo

xxxi

& altare. Amen dico uobis: uenient hec omnia sup generationē istam. Iherlm iherlm que occidit pphas & lapidas eos qui ad te missi sunt. quotiens uolui congregare filios tuos quēadmodu gallina congregat pullos suos sub alas. & noluisti. Ecce: relinquet uobis dom' urā deserta. Dico enim uobis: n̄ me uidebitis amodo donec dicatis. Benedictus qui uenit in nomine domini. *Dñi 99. Dixit symō p. J. of. n̄ pō. Suxti pape & martyris. Confess.*

*H*omo quidā pēgre pficiscens uoc. *Q. in unum*
Cyriaci cum sociis suis. In m̄m.

*N*ichil optum qd̄ n̄ reuelabitur. *Q. in plimoz*
In uigilia sēi Laurenty. Secūm mathm
In illo tpi. Dixit ihe discipulis suis.
Si quis uult post me uenire: abneget se
metipsū. et tollat crucē suam. et sequat me.
Qui enim uoluerit animā suā saluā face:
pdet eam. Qui autē pdiderit animā suā
ppr me inueniet eam. Quid enī pdest ho
mini si mundū uniuersū lucret. anime ū
sue detmentū patiatū. Aut quā dabit ho

112
mo cōmutationē p̄ anima sua. filius enī ho-
minis uenturus est in gl̄a patris sui cū anḡlis
suis. & tē reddet unicuiq; sc̄d̄m opa ei. Am̄
dico uobis: sunt quidā de hic stantib; qui nō
gustabunt mortē. donec uideant filiū homi-
nis uententē in regno suo.

In die Admissam matutinatē. Sc̄d̄m mathy.

In illo t̄p̄r. **Q**uare ih̄c discipulis suis.

Qui amat patrē aut matrē plus quā me.
non est me dignus. & qui amat filiū aut fili-
am sup̄ me: non est me dignus. Et qui non
accipit crucem suā & sequitur me: n̄ est me
dignus. Qui inuenit animā suam: p̄det
illam. Et qui p̄diderit animā suā p̄pter
me: inueniet eam. Qui recipit uos: me re-
cipit. Et qui me recipit: recipit eū qui me
misit. Qui recipit p̄ph̄am in nomine p̄ph̄e:
mercedē p̄phete accipiet. & qui recipit ius-
tum in nomine iusti: mercedē iusti accipi-
et. Et quicūq; potum dederit uni ex mini-
mis istis calicē aque frigide tantū in nomi-
ne discipuli: am̄ dico uobis n̄ p̄det mercedē

suam.

In illo t̄p̄r. Admissa maiorē. Scdm̄ Ioh̄an.

xv.

Quart̄ ih̄c̄ discipulis suis. Amen̄ am̄ dico
uobis: nisi granū frumenti cadens int̄ m̄
tūm fuerit: ipsū solum manet. Si autem
m̄tūm fuerit: multū fructum affert. Qui
amat animā suam: p̄det eam. Et qui odit
animā suam in hoc mundo: in uitam eter
nam custodit eā. Si quis michi ministrat:
me sequat̄. Et ubi sum ego: illic & minister
meus erit. Si quis michi ministrauerit: ho
norificabit eum pat̄ meus.

Tybureū m̄ris. Sm̄ris.

Si quis uult post me uenire. abn̄. Et mun
ypoliti m̄ris socior̄q; eius. Et m̄m̄.

Attendite a fermento phariseor̄. Et implug.
Vigilia Assumptionis sc̄e Marie.

In illo t̄p̄r. Loquen̄ Scdm̄ Lucam.

Rte ih̄u ad turbas: extollens uocē quēdā mu
lier de turba dixit illi. Beatus uenter qui
te portauit: & ubera que suxisti. At ille dixit.
Quin immo: beati qui audiunt uerbi dei
& custodiunt illud. *Indie Assupt̄. s̄. Marie.*

113
x
In illo tpe. Extravit **S**ecundum lucam.
Ihesus in quodam castello: & mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria: que etiam sedens secus pedes domini audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit: & ait. Domine: non est tibi cure quod soror mea reliquit me sola ministrare. Dic ergo illi: ut me adiuuet. Respondens dixit illi dominus. Martha martha: sollicita es: et turbata erga plurima. Porro: unum est necessarium. Maria optima partem elegit que non auferetur ab ea. **Hoc euangelium poctimas repetatur. & in octauo die.**

Bartholomei apostoli. **S**ecundum lucam.
In illo tpe. **F**acta est contentio inter discipulos: quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis ihesus. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in uobis: fiat sicut minor. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit.

In oct. sci laurencij
dm am
d.v. nisi
gramu f.
vt sup.

Bernardi abbis
Dicit symon pe
l'ecce nos reliquimus

xx

an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego
autē in medio ur̄m sum: sicut q̄ ministrat. Vos
autē estis: qui p̄mansistis mecum in temptatio
nibus meis. & ego dispono uobis sic disposu
it michi pater meus regnū: ut edatis & biba
tis sup̄ mensam meā in regno meo. & sedeat̄
sup̄ thronos iudicantes duodecim tribus isrl̄.

Augustini epi. Conf.

Wigilate quia nescitis qua hora. *Ex muni*
Indecollatione sc̄i Iohannis baptiste.

In illo t̄p̄: **M**isit. *Secūm marcū.*

herodes ac tenuit iohannē & uinxit eū in
carcerem: p̄pter herodiadē uxore philippi fra
tris sui. quia duxerat eum. Dicebat enim io
hannes herodi. Non licet tibi habere uxore
fr̄is tui. Herodias autē insidiabatur illi: et
uolebat occidere eum nec poterat. Herodes
eum metuebat iohannē. sciens eū uirum
iustū & sc̄m: et custodiebat eū. Et audito eo
multā faciēbat: & libenter eum audiebat. Et
cum dies oportunus accidisset: herodes na
talis sui cenam fecit p̄ncipib; & tribunis et

abine uirgini
m̄le ē regnū
loz thesauro.

114
primis galilee. Cumq; introiss; filia ipsius *Cumque*
herodiadis & saltasset. et placuisset herodi si-
mulq; recumbentib; rex ait puella. *Pete a me*
qd' uis: & dabo tibi. Et iurauit illi: quia qd'cuq;
petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei.
Que cum exisset: dixit mat' sue. *Quid petas?*
Et illa dixit. *Caput iohannis baptiste.* Cuiq;
introiss; statim cu festinatione ad regem: peti-
uit dicens. *Voló: ut ptinus des in indisco*
caput iohannis baptiste. Et tristatus est rex
ppter uis iurandú & pte simul recumbentes.
noluit eam constare. s; misso spiculatore. p-
cepit afferri caput eius indisco. Et decolla-
uit eum in carcere: & attulit caput eius in
disco. et dedit illud puelle. Et puella: dedit
matri sue. Quo audito discipuli eius uene-
runt & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud
in monumento.

Felicis & Adaucti mrim.

In mrim.

*N*ichil optum qd' non reuelet. *Re implur* *Egidij alb.*
Hyatuntal scē malis. *Initium Scī* *Dijs Symō pe.*
euuangelij. *Scdm* *o) athev o*

iber generationis ihu xpi filij dauid: filij
abraham. Abraham genuit ysaac. Ysaac
autē: genuit iacob. Iacob autē: genuit iudam
& fr̄s eius. Iudas autē: genuit phares & zaram
de thamar. Phares autē: genuit esrom. Esrom
autē: genuit aram. Aram autē: genuit ami-
nadab. Aminadab autē: genuit naason. Na-
a-
son autē: genuit salmon. Salmon autē: genuit
booz de raab. Booz autē: genuit obeh ex ruth.
Obeth autē: genuit iesse. Iesse autē: genuit da-
uid regem. Dauid autē rex: genuit salomonē
ex ea que fuit urie. Salomon autē: genuit ro-
boam. Roboam autē: genuit abia. Abia autē:
genuit asa. Asa autē: genuit iosaphat. Iosa-
phat autē: genuit ioram. Ioram autē: genuit
oriam. Orias autē: genuit ioatham. Ioatham
autē: genuit acax. Acax autē: genuit ezech-
iam. Ezechias autē: genuit manassen. Ma-
nasses autē: genuit amon. Amon autē: genuit
iosyam. Iosyas autē: genuit ieroniam & fr̄s
ei intransmigratione babilonis. & post t̄ns-
migrationē babilonis: ieronias genuit

115
salathiel. Salathiel autē: genuit zorobabel.
Zorobabel autē: genuit abiud. Abiud autē:
genuit ehyachim. Eliachim autē: genuit azor.
Azor autē: genuit sadoch. Sadoch autē: genuit
achim. Achim autē: genuit eliud. Eliud autē:
genuit eleazar. Eleazar autē: genuit mathan.
Mathan autē: genuit iacob. Iacob autē: genuit
ioseph uirū marie. De qua natus ē ihē.
qui uocatur xp̄c.

Gorgony mris.

Imris.

Si quis uult post me uenire. abn̄. *Qui*
Prochi & lacincti. *Secdm̄ Nathm.*

In illo t̄p̄r. **D**ixit ihē discipulis suis.
Cum p̄sequent̄ uos in ciuitate ista: fugite
in aliam. Amen dico uobis: n̄ consumabitis
ciuitates isrl̄. donec ueniat filius hominis.
Non ē discipulus sup̄ magistrū: nec ser-
uus sup̄ dñm suūm. Sufficit discipulo
ut sit sicut magister ei: & seruus sic dñs
eius. Si patrēfamilas beelzebub uocauerunt:
quāto magis domesticos ei? **N**e
ḡtimueritis eos. Nichil enī optum̄ quod

non reuelabitur: & occultū quod n̄ sciet. Quod
dico uobis inteneb̄s dicite in lumine: & qd̄ in
aure auditis p̄dicare sup̄ tecta. Et nolite ti-
mere eos qui occidunt corpūs: animā autē
n̄ possunt occidē. Sed potius eū timete: qui
potest animā & corp⁹ p̄dere in gehennā. Non
ne duo passerēs assē ueneunt: & unus ex illis
n̄ cadet sup̄ t̄ram sine patre ur̄o? **U**ri autē
& capilli capitis: om̄s numerati sūnt. Noli-
te ḡ timere: multis passerib; meliores estis
uōs. Omnis ergo qui confitebitur me corā
hominib;: confitebor & ego eum corā patre
meo qui est in celis.

*Exaltatio scē crucis. Admissā matutina
le. Cornelij & Sypani. Secūm Lucam.*

In illo t̄p̄r: **D**icebat ih̄c turbis iudeorū &
principib; sacerdotum. **V**e uobis qui edifi-
catis monum̄ta p̄phetarū: patres autē ur̄i
occiderūt illos. **P**rofecto testificamini qd̄ cō-
sentitis op̄ibus patrū ur̄orū: quoniam qd̄ ip-
si occiderūt eos: uos autē edificatis eorū sepul-
chra. **P**ropterea & sapientia dī dixit. **M**itā

116
ad illos pphetas & aplos. et ex illis occident & pſe
quentur. ut inquirat sanguis omnium pphetarum
qui effusus e a constitutione mundi a generatione
ista. a sanguine abel usq; ad sanguinem zacharie
qui p̄it inter altare & edem. Ita dico uobis:
requiret ab hac generatione. Ve uobis legispe
ritis quia tulistis clauem scientie: & ipsi n̄ in
trotistis. & eos qui introibant phibuitis. Cum
hec ad illos diceret: cepunt pharisei & legispiti
grauit̄ insistere & os eius opp̄me. de multis
insidiantes ei. et querentes cape aliqd ex ore
eius ut accusarent eum.

Ad missam maiorē. Secūm iohannē.
In illo t̄p̄: **D**ixit ihe turbis iudeor. Hec
iudiciū est mundi: nē p̄nceps hui mundi
eicietur foras. & ego si exaltatus fuerō a trā:
omnia traha ad me ipsū. Hoc aut̄ dicebat:
significans qua morte ess; moriturus. Respō
dit ei turba. Nos audiuiim ex lege: quia xp̄e
manet in et̄num. Et quom̄ tu dicis oportet
exaltari filiū hominis? Quis est iste filius
hominis? Dixit ḡ eis ihe. Ad huc medicū

lumen in uobis est. Ambulate dei luce habetis.
ut non tenebre uos comprehendant. Et qui am-
bulat in tenebris: nescit quo uadat. Dum luce
habetis credite in luce ut filii lucis sitis.

Lucamachi mris.

In mris.

Si quis uult me sequi deneget sem. *In muni*
Lucemie uirginis et mris. *In uirginis.*

Simile est regnum celorum decem uirg. *In muni*
Vigil sci Mathi apli. *Secundum lucam.*

In illo tempore. **C**ecidit ihesus publicanum nomine
leui sedentem ad theloneum: et ait illi. Seque-
re me. Et relictis omnibus: surgens secutus est
eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui: in do-
mo sua. Et erat turba multa publicanorum: et
aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et
murmurabat pharisei et scribe eorum: dicentes
ad discipulos eius. Quare cum publicanis et pec-
catoribus manducatis et bibitis. **E**t respondit
ihesus: dixit ad illos. Non egent qui sani sunt
medico: sed qui male habent. Non enim ueni
uocare iustos sed peccatores in penitentiam.
Indie ipsius. *Secundum Mathiam.*

mbri epi.
si gnum.

112
17
illo tpr. **C**um transiret ihc: uidit ho-
minem sedentē ad theloneū matheū nomine.
& ait illi. Sequere me. Et surgens: secut' ē eū.
Et factum ē discumbentē eō in domo: ecce
multi publicani & peccatores uenientes dis-
cumbabant eū ihu & discipulis ei'. & uiden-
tes pharisei: dicebant discipulis ei'. Quare eū
publicanus & peccatorib; manducat magister
ur'. At ihesus audiens: ait. Non est opus ua-
lentib; medicus: s; male habentib;. Cūntes
autē: discite quid ē misericordiā uolo et nō
sacrificiū. Non enim ueni uocare iustos. sed
peccatores.

Aurien cum socijs suis.

Imrin.

*Udens turbas ihc ascendit in m. q; in plim
Cosme & Damiani mirin.*

Nihil optum qd non reuet. q; implē mirin.

Sēi Michaelis archangli.

Scdm

illo tpr. **A**ccesserūt

Mathm.

discipuli ad ihm dicentes. Quis putas ma-
ior est in regno celoz. Et aduocans ihesus
paruulū: statuit eum in medio eoz & dixit.

Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis. & efficiami
ni sicut paruuli. n̄ intrabitis in regnū celoz. **Q**
cumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus
istē: hic est maior in regno celoz. **Q**ui susce
perit unū paruulū talem in nomine meo:
me suscipit. **Q**ui autē scandalizauerit unū
de pusillis istis qui in me credunt: expedit
ei ut suspendat mola asinaria in collo ei. &
demergatur in profundū maris. **N**e mundo
abscondalis. **N**ecessē est enī: ut ueniant scan
dala. **U**erū tamē: ne homini p̄ quē scandalū
uenit. **S**i autē manus tua uel pes tuus scā
dalizat te: abscide eum & pice abste. **B**onū ē
est ad uitam ingredi debile uel claudū: quā
duas manus uel duos pedes habentē: mitti
in ignē eternū. **E**t si oculus tuus scandaliz
at te: erue eum. & pice abste. **B**onū ē est
unū oclm habentē: uiuere: quam
duos oculos habentē mitti in gehennā ignis.
Videte: ne contempnatis unū ex his pusillis.
Dico enī uobis: quia angeli eoz in celis semp
uident faciem patris mei qui in celis est.

Iheronimi pbr̄i. *I unū conf.*

Dixit symon petrus ad ih̄m. Ecce nos r. *He 111*

Remigi ep̄i & confessoris.

Homo quida p̄gre pficiscens. *I unū conf.*

Marci pape. Scdm Lucam.

Francisci
of. Dixit
symon p.

In illo t̄p̄i. **D**ixit ih̄s discipulis suis parabo-
lam hanc. **H**omo quida nobilis abiit in regi-
onē longinquā. accipe sibi regnū & reuer-
ti. Vocatis autē decem seruis suis. dedit illis
decē mn̄as. & ait ad illos. Negotiamini dū
uenio. Cives autē eius oderant illum. & mi-
serunt legationē post illū dicentes. Nolumus
hunc regnare sup̄ nos. Et factū est ut redi-
rēt accepto regno. & iussit uocari seruos su-
os quib; dedit pecuniā. ut sciret quantū q̄sq;
negotiat̄ ess; . Venit autē p̄mus dicens. Dñe.
mna tua decē mn̄as acquisiuit. Et ait illi.
Luge serue bone. quia in modico fidelis fu-
isti. eris potestatē habens sup̄ decem ciuita-
tes. Et al̄t uenit dicens. Dñe. mna tua fe-
cit quinq; mn̄as. Et huic ait. & tu esto sup̄
quinq; ciuitates. Et al̄t uenit dicens. Dñe.

xxx

ecce mna tua: qua habui repositam in sudario.
Tumui eni te. quia homo austerus es: tollis qd
n posuisti. & metis qd non seminasti. & dixit
ei. De ore tuo te iudico: serue nequa. Sciebas
qd ego homo austerus sum tollens qd n po
sui: & metens qd no seminavi. Et quare no
dedisti pecunia meam ad mensam. & ego ueni
ens cu usuris utiq; exegisse illam. Et astanti
bus dixit. Aufer te ab illo mna: & date illi q
decem mnas habet. & dixerunt ei. Domine:
habet decem mnas. Dico autem uobis quia omni
habenti dabitur: ab eo autem qui no habet. et
qd habet auferet ab eo. Veritamen inimicos
meos illos qui noluerit me regnare sup se.
adducite huc & interficite ante me.

Dionisii cum sociis suis. Scdm mathm.

XI
In illo tpe: **R**espondens ihc: dixit. Con
fiteor tibi pater dne celi & terre. qa absco
disti hec a sapientib; & prudentib;: et reue
lasti ea paruulis. Ita pater: qm sic fuit pla
citum ante te. Omnia in tradita st a patre
meo. & nemo nouit filiu nisi pat: neq; pa

trem quis nouit nisi filius. & cui uoluerit filius
 reuelare. Venite adme/ ^{omnes} qui laboratis & onerati
 estis: & ego reficiam uos. Tollite iugū meū su-
 per uos: & discite a me quia mitis sum & humi-
 lis corde. et inuenietis ^{requie} animab; ur̄is. Iugū enī
 meū suauie est. & onus meum leue.

Geronomi sociorūq; eius. In m̄m.

Vident turbas ih̄e ascendit in montē. **¶ In pl'**

Luce euangliste. Sc̄m̄ lucam.

In illo t̄p̄r. **D**esignauit dñs & alios sep-
 tuaginta duos discipulos: et misit illos binos
 ante faciem suā in omnē ciuitatē & locum
 quo erat ipse uenturus. Et dicebat illis. Des-
 sitis quidē multa: oparij autē pauci. Rogate
 ergo dñm messis: ut mittat oparios in mes-
 se suā. **Luce** ego mitto uos: sicut agnos in-
 ter lupos. Nolite ergo portare sacculum neq;
 peram neq; calciamenta: & neminē puam
 salutaueritis. Inquamcūq; domū int̄raueri-
 tis: p̄mū dicite. Pax huic domui. Et si ibi
 fuerit filius pacis: requiescet sup illā pax
 ur̄a. Sin autē: ad uos reuertet. **In eadem**

autē domo manere: edentes & bibentes que ap̄
illos sunt. Dignus est enim op̄arius mercede
sua.

Undecim milia uirgum. *I uirg.*
Simile est regnū celoz decē uirg. *¶ In plim*
Seuerini epi.

Vigilate quia nescitis q̄ hora. *¶ In uniu' conf.*
In uigilia ap̄toz Symonis & Iude.

Ego sum uitis uera & pat̄. *¶ In plimoz ap̄toz*
In die ipsoz *Scdm Mathm.*

In illo tpi. **M**isit ih̄c duodecim disci-
pulos suos: p̄cipiens eis & dicens. In uiam
gentiū ne abieritis. & in ciuitates samarita-
noz ne intraueritis. s; potius ite ad ues q̄
perierunt domus isrl̄. Euntēs autē predicatē
dicentes: quia app̄inquabit regnū celoz.
Infirmos curate: mortuos suscite. Lepso
mundate: demones eicite. Gratis accepistis
gratis date.

Vigilia omniū Sanctorz. *I mrm.*

Amen am̄ dico uob quia plor. *¶ In plim*

Admissa maiore. Secdm machin.

In illo tpe. **U**idens turbas ihc. ascendit
 in monte. Et cum sedisset. accesserunt ad eum
 discipuli eius. Et aperiens os suum. docebat
 eos dicens. **B**eati pauperes spu. qm ipsor e reg
 num celoz. **B**eati mitel. qm ipsi possidebunt
 tram. **B**eati qui lugent. qm ipsi consolabunt.
Beati qui esuriunt & sitiunt iusticia. qm ip
 si saturabunt. **B**eati misericordel. qm ipsi
 misericordiam cosequent. **B**eati mundo corde.
 qm ipsi dm uidebunt. **B**eati pacifici. qm fi
 ly di uocabunt. **B**eati qui psecutione pati
 untur ppt iusticia. qm ipsor est regnu celoz.
Beati estis cu maledixerint uobis homines
 & psecuti uos fuerint. et dixerint omne ma
 lum aduersu nos mientientel. ppt me. **G**au
 dete nulla die & exultate. qm merces nra
 copiosa est in celis.

Malachie
Sunt libro

Quatuor coronatoe. **C**um audieritis
 prelia & sed. *Ir. implimoz mrm. S mris.*
Theodori mris **S**i qd uenit ad me. *Fiun*

munchi epi. y. y. fello.
w lumbi uir.

herm. e. gual.

uile est regnum

y. thesauro abs.

M. aram epi. **S**unt lumbi uiri pree. q. muni conf.
L. umbi epi. **V**idete uigil eorate. q. muni conf.
E. ecclie uirg. **S**imile e. r. c. d. ug. q. muni ug.
C. lantit pp. **H**omo qda pegre. p. q. muni cot.
Vigilia sci andree apoli. **S**ecdm iohem.

Illo tpe. **S**tabat iohannes. & ex disci-
pulis eius duo. Et respiciens ihm ambulante.
dixit. Ecce agnus di. & audierunt eum duo dis-
cipuli loquente. et secuti sunt ihm. Conuersus
autem ihs & uidens eos sequentes se. dicit eis.
Quid queritis. Qui dixerunt. Rabbi. qd dicitur
interpretatum magister. Sibi habitas. Dicit
eis. Venite & uideate. Venerunt & uiderunt
ubi maneret. et apud eum manserunt die illo.
Hora autem erat. quasi decima. Erat autem andree
frater symonis petri unus ex duobus qui au-
dierant a iohanne. & secuti fuerant eum. In-
uenit hic primum fratrem suum symonem. & dicit
ei. Inueni in messiam. qd est interpretatum apc.
Et adduxit eum ad ihm. Intuitus autem eum
ihs. dicit. Tu es symon fili iohanna. tu uo-
caberis cephas qd interpretatur petrus. **I**hs

... eorum in galilea
... dicit ei ihs. Sequer
... dicit ludo curare a
... phis nathanael
... in lege et prophetis
... anazarret. f
... uicini potest ali
... uenit & uid
... uenire ad se. et c
... in quo dolus n
... uide me uostri.
... Prout quam te ph
... uicini uidi te. f
... Rabbi. tu es fi
... iohannis ihs. & dicit
... uicini crediti. r
... am amen di
... anglos
... supra ti
... Scdm
... mbulan
... uidit duos f

121
crastinū uoluit exire in galileam: & inuenit
philippū. & dicit ei ih̄c. Sequere me. Erat autē
philippus ab ethsaida ciuitate andree & petri.
Inuenit philippus nathanael: & dicit ei. Quē
sc̄psit moyses in lege et p̄phete: inuenimus
ih̄m filium ioseph anazar̄et. Et dixit ei na-
thanael. Anazar̄eth potest aliquid boni esse.
Dicit ei philippus. Veni & uide. Uidit ih̄s
nathanael uenientē ad se: et dicit de eo. Ecce
uerē israhelita: in quo dolus n̄ est. Dicit ei
nathanael. Uide me nosti. Respondit ih̄s:
& dixit ei. Prius quam te philippus uocare
cum essem sub ficu: uidi te. Respondit ei na-
thanael: & ait. Rabbi: tu es filius d̄i: tu es
rex isrl̄. Respondit ih̄s: & dixit ei. Quia di-
xi t̄ uidi te sub ficu creditis: maius his ui-
debis. & dicit ei. Am̄ amen dico uobis: uide-
bitis celum apertum: & anglos dei ascenden-
tes et descendentes supra filium hominis.

In die ei.

Secūm math̄m.

In illo t̄p̄r. **I**nbulans ih̄s iuxta
mare galilee: uidit duos fr̄s. symonem

qui uocatur petrus. & andream frēm ei' mit-
tentes rete in mare. Erant enim piscatores.
Et ait illis. Venite post me: et faciam uos fie-
ri piscatores hominū. At illi continuo relic-
tis retibus: secuti sunt eum. Et procedens in-
de: uidit alios duos fr̄s iacobum zebedei &
iohan frēm eius. in manu cū zebedeo patre eorū
reficientes retia sua. Et uocauit eos. Illi autē
statim relictis retibus: & patre secuti sunt eū.

Eligij ep̄i
sic nicol.

Hypocritae ep̄i. **S**unt lumbrici terrae. **I**n unum conf:
O. ctave. s. Andree. **A**mbulans ih̄c. ut in die.

Lucie uirg. **S**imile ē. r. c. thes. **I**n unum uig.
Thome apli. **S**ecūm iohanne.

77

In illo t̄p̄r. **T**homas unus de duodēci
qui dicitur didim^{us}: n̄ erat cum eis quando
uenit ih̄c. Dixerunt ergo ei alij discipuli.
Vidim^{us} dñm. Ille autē dixit eis. **N**isi uide-
ro in manib: eius fixurā clauorū & mittam
digitū meū in locum clauorū: et mittā ma-
num meā in latus eius: n̄ credā. Et post di-
es octo: iterū ^{erant} discipuli ei' intus. & thomas
cū eis. **V**enit ih̄c ianiis clausis: & stetit in

122
medio eorum & dixit. Pax uobis. Deinde dicit
thome. Infer digitum tuum huc. & uide manus
meas. & asser manum tuam et mitte in latus
meum: et noli esse incredulus sed fidelis. Respon-
dit thomas: & dixit ei. Dominus meus: & deus
meus. Dicit ei ihesus. Quia uidisti me credidisti.
beati qui non uiderunt & crediderunt.

In natali plurimorum apostolorum. Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem.
sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem ne-
mo habet: quam ut animam suam quis ponat
pro paruis suis. Vos amici mei estis: si feceritis
quod ego precipio uobis. Nam non dico uos seruos: quia
seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem
dixi amicos: quia omnia quecumque audivi a
patre meo nota feci uobis. Non uos me e-
legistis sed ego elegi uos. & posui uos ut eatis
& fructum afferatis et fructus uirum maneat:
ut quodcumque petieritis patrem in nomine
meo det uobis. At. Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.

Hec mando uobis: ut diligatis inuicē. Si mū-
dus uos odit: scitote quia me p̄ore uobis odio
habuit. Si de mūdo fuissetis: mundus qđ
suū erat diligeret. Quia ū de mundo n̄ estis.
s; ego elegi uos de mūdo: p̄pterea odit uos
mundus. **M**ementote sermonis mei quem
ego dixi uobis: non est seruus maior dño suo.
Si me p̄secuti sūt: & uos p̄sequent̄. Si sermo
nē meum seruauerit: & uim seruabunt. S;
hec omnia facient uobis p̄pter nomen meū:
quia nesciunt eū qui me misit. Si n̄ uenissē
& locutus fuissē eis: peccatū non haberent.
Nē autem: excusationē non habent de pec-
cato suo. Qui me odit: & patrē meū odit. Si
opa n̄ fecissem in eis que nemo aliū fecit: pec-
catum n̄ haberent. Hunc autē: & uiderit et
oderunt & me et patrē meum. S; ut imple-
atur sermo qui in lege eorū sc̄ptus est. quia o-
dio me habuerunt gratis. . . **At.**

In illo t̄p̄: **Q**uare ihe **S**cdm iohem
discipulis suis. **E**go sum uitis uera: & pat̄
meus agricola est. **O**mnē palmitē in me

723
n̄ ferentem fructū tollēt eum: & omnē qui fert
fructū purgabit eū ut fructum plus afferat. **Iā**
uos mundi estis: ppter sermonē quē locutus sū
uobis. **Manete in me: & ego in uobis. Sic pal-**
mes n̄ potest ferre fructū a se ipso nisi manē-
rit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis.
Ego sūm uitis: & uos palmites. Qui manet i
me & ego in eo hic fert fructū multum: quia
sine me nichil potestis facere. Si quis in me
n̄ manserit: mittet foras sic palmes & arescet.
et colligent eum & in ignē mittent & ardet.
Si manseritis in me & uerba meā in uobis
manserint: quodcumq; uolueritis petetis et
fiet uobis. In hoc clarificatus est pat̄ meus ut
fructū plurimū afferatis: & efficiamini mei
discipuli. Sic dilexit me pat̄: & ego dilexi uos.
Manete in dilectione mea. Si p̄cepta mea
seruaueritis manebitis in dilectione mea:
sic & ego pat̄s mei p̄cepta seruauī. & maneo
in eius dilectione. Nec locutus sū uobis: ut
gaudū meū in uobis sit. & gaudū ur̄m im-
pleatur. In nat̄ uni' nr̄. **Secūm Iuēā**

In illo t̄p̄r: **D**ixit ih̄c discipulis suis. Si quis
 uult post me uenire: abneget se metipsum & tol
 lat crucē suam cotidie. & sequat̄ me. Qui enī
 uoluerit animā suā saluā facere: p̄det illam.
Nam qui p̄didert animā suā p̄t̄ me: sal
 uam faciet illam. Quid enim p̄ficet homo si
 lucretur uniuersū mundū. s̄c̄ autē ipsum p̄
 dat. & det̄mentum sui faciat. Nam qui me
 erubuerit & meos sermones: hunc filius ho
 minis erubescet cū uenerit in maiestate sua
 & pat̄s. et sc̄oz angloz. **D**ico aut̄ uobis: uere
 sunt aliqui hic stantes. qui n̄ gustabunt mor
 tē donec uideant regnum dei. **At.**

In illo t̄p̄r: **D**ixit **Sec̄m̄ l̄ycan.**
 ih̄c discipulis suis. Si quis uenit ad me
 & n̄ odit patrem suū. & matrē. et uxorem
 et filios. & fr̄s. et sorores. adhuc autē & ani
 mam suā: non potest meus esse discipulus.
 & qui n̄ baiulat crucē suā & uenit post
 me: non potest meus esse discipulus. Quis
 enim ex uobis. uolens tur̄rē edificare. non
 p̄us sedens computat sumptus qui necessa

724
ri sunt. si habeat ad p̄ficiendū. ne postea quā po-
suerit fundamentum & n̄ potuerit p̄ficere. omnes
qui uident incipiant illudere ei dicentes. q̄a
hic homo cepit edificare & n̄ potuit consummare.

Ait quis rex itūrius cōmittere bellū aduers⁹
aliū regem. non sedens p̄us cogitat si possit cū
decem milib; occurrere ei qui cū uiginti mili-
bus uenit ad se. Alioquin: adhuc illō longē
agente: legationē mittens rogat ea que pacis
sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui n̄ renunti-
auerit omnib; que possidet n̄ potest meus eē
discipulus. *Ait.*

Secūm marcum.

In illo t̄p̄. Dixit ih̄c discipulis suis.

*Si quis uult me sequi: deneget semetip̄m
& tollat crucē suam & sequatur me. Qui enī
uoluerit animā suā saluā facere: p̄det eā.
Qui autē p̄diderit animā suā p̄t me et
p̄ter eūḡl̄m: saluam eā faciet. Quid enī
proderit homini si lucretur mundū totum.
& det̄mentū faciat anime sue. Ait quid dā-
bit homo cōmutationis p̄ animā suā. Qui
enim me confessus fuerit & mea uerba inge-*

neratione ista adultera & peccatrice: & filius ho-
minis confitebitur eum cum uenerit in gloria pa-
tris sui cum angelis sanctis. & dicebat illis. Amen
dico uobis: quia sunt quidam de his stantibus
qui non gustabunt mortem donec uideant reg-
num dei ueniens in uirtute. At.

In illo tempore. **D**ixit **S**ecundum Iohannem.
Iesus discipulis suis. Amen amen dico uobis: ni-
si granum frumenti cadens intra mortuum fue-
rit. ipsum solum manet. Si autem mortuum fue-
rit: multum fructum affert. Qui amat ani-
mam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam
in hoc mundo: in uitam eternam custodit eam.
Si quis in me ministrat: me sequatur. Et ubi sum
ego: illic & minister meus erit. Si quis michi
ministrauerit: honorificabit eum pater meus.

In illo tempore. **A**t **S**ecundum Mattheum.

Dixit Iesus discipulis suis. Nolite arbi-
trari quia uenerim pacem mittere in terram.
Non ueni pacem mittere: sed gladium. Veni enim
separare hominem aduersus patrem suum. & filiam
aduersus matrem suam. et nurum aduersus so-

erum sua & inimici hominis domestici eius.
 Qui amat patre aut matre plus quam me. non est
 me dignus. & qui amat filium aut filiam super
 me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem
 suam & sequitur me: non est me dignus. Qui in-
 uenit animam suam. perdet illam. Et qui perde-
 rit animam suam propter me: inueniet eam. Qui re-
 cipit uos: me recipit. Et qui me recipit: reci-
 pit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in
 nomine prophete: mercedem prophete accipiet. & qui
 recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti
 accipiet. Et quicumque potum dederit uni ex mi-
 nimis istis calicem aque frigide tantum in no-
 mine discipuli: amen dico uobis non perdet mer-
 cedem suam. **In nativitate plurimorum mirum.**

In illo tempore. Secundum matthiam.

Uidens turbas ihesus: ascendit in montem
 Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli
 eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens.
 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum
 celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.
 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam: quonia
ipsi saturabunt. Beati misericordes: quoniam ipsi mi
sericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam
ipsi deum uidebunt. Beati pacifici: quoniam filii dei
uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur
propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum.

Beati estis cum maledixerint uobis homines
& persecuti uos fuerint et dixerint omne ma
lum aduersum uos mentientes: propter me.
Gaudete in illa die & exultate: quonia mer
ces uestra copiosa est in celis. **At** **Secundum**

In illo tempore. **D**ixit ihesus **Matth.**
discipulis suis. Nichil optimum quod non reue
labitur: & occultum quod non sciatur. Quod dico
uobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in
aure auditis: predicare super tecta. Et nolite ti
mere eos qui occidunt corpus: animam autem non
possunt occidere: sed potius eum timere qui po
test animam & corpus perdere in gehennam. Non
ne duo passeret alle ueneunt. & unus ex illis
non cadet super terram sine patre uestro. **U**ri autem
& capilli capitis: omnes numerati sunt. Nolite

ergo timere: multis passerib; meliores estis uos
 Omnis ergo qui confitebitur me corā hominib;
 bus: confitebor & ego eum corā patre meo qui
 est in celis. Qui autē negauerit me corā homi
 nibus: negabo & ego eum coram patre meo
 qui est in celis. **At.** **Scdm mathm.**

S

S illo tpi. **S** edente ihu sup montem
 oliueti. accesserunt ad eū discipuli secreto
 dicentes. **D**ic nobis quando hęc erunt: & qđ
 signū aduentus tui & consummationis seculi.
Respondens ihc: dixit eis. **V**idete: ne quis
 uos seducat. **M**ulti enī ueniunt in nomine
 meo dicentes ego sū xp̄c: & multos seduceunt.
Auditori enī estis prelia: et opiniones p̄loci.
Videte: ne turbemini. **O**portet enī hęc fieri:
 s; n̄dum est finis. **C**onsurget enī gens i gen
 tem & regnū in regnum: & erit pestilentie &
 fames: et terre motus p̄ loca. **H**ęc autē omnia
 initia sunt dolor. **T**c tradent uos in tribu
 latione: & occident uos. **E**t erit illis odio om
 nib; gentib;: p̄t nomen meū. **E**t tē scan
 dalizabunt multi & inuicē tradent: et

odio habebunt inuicē. Et multi pseudo pphete
surgent: et seducent multos. & qm̄ habundauit
iniquitas: refrigescet caritas multoz. Qui autē
perseuerauerit usq; infine. hic saluus erit. **At.**
In illo tpe. Dixit ih̄c **Scdm̄ mathm.**
discipulis suis. Ecce ego mitto uos: sicut
oues in medio lupoꝝ. Estote ergo prudentes sic
serpentes: & simplices sic columbe. Cauete
autē ab hominib; Tradent enim uos in con-
cilijs: & in synagogis suis flagellabunt uos. &
ad presides & ad reges ducemini p̄t me: in
testimoniū illis & gentib;. Cū autē tradent
uos: nolite cogitare quom̄ aut quid loqua-
mini. Non enim uos estis qui loquimini: s;
sp̄s pat̄s nr̄i qui loquit̄ in uobis. Tradet autē
frater fr̄em in morte: & pater filiū. & insur-
gent filij in parentes: et morte eos afficient.
Et eritis odio omnib; p̄t nomen meum.
Qui autē perseuerauerit usq; infinem hic
saluus erit. **At.** **Scdm̄ lueā.**
In illo tpe. Descendens ih̄c de mon-
te: stetit in loco campestri. & turba disci-

bit̄ enī uob;.
illa hora: quid
quamini.

puloꝝ eius. & multitudo copiosa plebis ab omni
iudea & iherlm et maritima & tyri et sydo
nis. qui uenerant ut audirent eū & sanaren
tur a languorib; suis. Et qui uexabant^r a spiri
tib; immundis: curabant^r. & omnis turba
querēbat eū tangere: quia uirtus de illo eri
bat et sanabat om̄s. Et ipse eleuatis oculis
indiscipulos suos: dicebat. **Beati pauperes:**
qm̄ ur̄m est regnum dei. **Beati qui n̄c esuri
tis:** quia saturabimini. **Beati qui n̄c fletis:**
quia ridebitis. **Beati eritis cum uos oderint**
homines. & cum separauerint uos. & expro
brauerint. & eiecerint nom̄ ur̄m tanquam
malū: ppter filium hominis. Gaudete in il
la die & exultate: ecce enim merces ur̄a mul
ta est in celo. **At Scdm Iuam.**

In illo tpi. **D**ixit ihc discipulis suis.
Attendite a fermento pharisēoꝝ: qd̄ est y
pocrisis. Nichil autē optum est qd̄ non
reueletur: neq; absconditū quod n̄ sciatur.
qm̄ que in tenebris dixistis in lumine di
centur: & qd̄ in aure locuti estis in cubiculis.

predicabit in tectis. Dico autē uobis amicis meis:
ne tremamini ab his qui occidunt corp⁹. & post hec
nō habent ampli⁹ quid faciant. Ostendā autē
uobis: quē timeatis. Timeat eum: qui postquā
occiderit: habet potestātē mittere in gehennā.
Itā dico uobis: hunc timeat. Nōmie quinq;
passeres ueneunt dipondio. & unus ex illis:
nō est in obliuione coram dō. S; et capilli capi
tis ur̄i: omnes numerati sūt. Nolite g̃ timere:
multas passerib; pluris estis uos. Dico autē uob.
Omnis quicūq; confessus fuerit me corā ho
minib;: & filius hominis confitebit̄ illū corā
anglis dei. Qui autē negauerit me coram ho
minib;: negabitur coram anglis dei. **At**
In illo t̄p̄: **D**ixit **S**c̄dm̄ **I**uam.
Ih̄c discipulis suis. Cum audieritis prelia
& seditiones: nolite terreri. Oportet primū
hec fieri: s; non dū statim finis. Tunc dice
bat illis. Surgeat gens contra gentē. & reg
nūm aduersus regnū: & terre mot⁹ magni
erunt p̄loca. et pestilentie & famel. terrores
q; de celo. & signa magna erunt. S; ante

128
hec omnia inicient uobis manus suas & p̄se-
quentur: tradentes in synagogas & custodias.
trahentes ad reges & presides p̄t nomen meū.
Continget autē uobis in testimonium. Ponite ḡ
in cordib; ur̄is: non p̄meditari quem admodū
respondeatis. Ego enim dabo uobis os & sapien-
tiam: cui n̄ poterunt resistere & contradicere
omnes aduersarij ur̄i. Trademini autē a parē-
tibus & fr̄ibus et cognatis & amicis: et morte
afficient ex uobis. & eritis odio omnib;: p̄t
nomen meum. Et capillus de capite ur̄o nō
p̄bit. In patientiā ur̄ā possidebitis animas
uestras. **At** **Secūm iohem.**

In illo t̄p̄e. **Q**uare ih̄c discipulis suis.
Amen amen dico uobis: quia plorabitis &
flebitis uos mundus autē gaudebit. Vos
autē contristabimini: s; tristitia ur̄a uerte-
tur in gaudiū. Mulier cum parit tristitiam
habet: quia uenit hora eius. Cum autē pe-
pererit puerū: iam non meminit pressu-
re p̄t gaudiū: quia natus est homo in mūdū.
Et uos igitur: n̄ quidē tristitiam habetis.

xvi

Terum autē uidebo uos: & gaudebit cor ur̄m.
Et gaudiū ur̄m nemo tollet a uobis.
In natali unius confessoris. **Secūm**
illo t̄p̄r. **D**ixit ih̄c **Math̄m.**
discipulis suis parabolam hanc. Homo quōdam
peregre proficiscens uocauit seruos suos: et
tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinq;
talenta: alij autē duo. alij uero unū. **Un**
cuiq; secūm p̄p̄am uirtutē: & p̄fectus est
statim. Abiit autē qui quinq; talenta acce-
perat: & opatus est in eis. et lucratus ē alia
quinq;. **S**imilit̄ qui duo accepit: lucratus
est alia duo. **Qui** autē unū accepit: abiens
fodit intrā. et abscondit pecuniam dñi
sui. **Post** multū uero tēp̄ris: uenit dñs
seruoz illoz. et posuit rationē cum eis. **Et**
accedens qui quinq; talenta accepit: obtu-
lit alia quinq; talenta dicens. **Dñe**: quinq;
talenta tradidisti michi: ecce alia quinq; su-
per lucratus sū. **Aut** illi dñs eius. **Euge** ser-
ue bone & fidelis: quia sup pauca fuisti fi-
delis. supra multa te constituā. **Intra** it-

129
gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo
talenta accepit: & ait. Domine: duo talenta
mihi tradidisti: ecce alia duo lucratus sum. Ait
illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia
super pauca fuisti fidelis supra multa te con-
stituiam. Intra in gaudium domini tui. At

In illo tempore. **D**ixit secundum matthiam
Iesus discipulis suis. **V**igilate: quia nescitis
qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem
scitote: quoniam si sciret pater familias qua hora
suis uenturus esset. uigilaret utique: & non si-
neret profecti domum suam. Ideo & uos estote
parati: quia quia nescitis hora filius homi-
nis uenturus est. Quis putas est fidelis ser-
uus & prudens quem constituit dominus suus
super familiam suam. ut det illis cibum in tem-
pore. **B**eatus ille seruus: quem cum uene-
rit dominus eius. inuenerit sic facientem. Amen
dico uobis: quoniam super omnia bona sua
constituet eum. **I**tem. **S**ecundum lucam
In illo tempore. **D**ixit Iesus discipulis suis.
Sint lumbi uestri precincti: & lucerne ar-

xxv.

xv.

deutes. Et uos similes hominibus expectantibus
dominum suum quando reuertatur a nuptiis: ut cum
uenerit & pulsauerit. confestim aperiant ei. Beati
serui illi: quos cum uenerit dominus inue
nerit uigilantes. Amen dico uobis: quod pre
cinget se & faciet illos discumbere. & transiens
ministrabit illis. & si uenerit in secunda uigilia
et si intermedia uigilia uenerit & ita inuenierit.
beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si
sciret pater familias qua hora fur ueniret.
uigilaret utique: & non sineret profodi domum suam.
Et uos estote parati: quia qua hora non puita
tis filius hominis ueniet. Item. Secundum
illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. **M**arcum.
Videte uigilate & orate: nescitis
enim quando tempus sit. Sicut homo qui
pergre profectus reliquit domum suam. et dedit
seruis suis potestatem cuiusque operis: & ianito
ri precepit ut uigilet. Vigilate ergo nescitis
enim quando ueniat dominus dominus: sero.
an media nocte an gallicantu. an mane. ne
cum uenerit repente inueniat uos dormien

201
xi 79

tes. Quod autem uobis dico omnibus dico uigilate. *At* *Secdm Lycam.*

In illo tpe. **D**ixit ihs discipulis suis. Nemo lucernam accendit & in abscondito ponit neq; sub modio s; sup candelabru. ut qui ingrediunt lumen uideant. *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuu lucidum erit. Si autem nequa fuerit etiam corpus tuum tenebrosu erit. Vide ergo ne lumen qd in te est tenebre sunt. Si ergo corpus tuu totum lucidu fuerit non habens aliquam partem tenebraru erit lucidu totum. & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.* *At* *Secdm matho.*

In illo tpe. **D**ixit symon petrus ad ihm. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sum te. Quid ergo erit nobis. Ihesus aute dixit illis. Amen dico uobis quod uos qui secuti estis me in regeneratione cu sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis & uos sup sedes duodecim iudicantes duodecim trib; isrl. Et omnis q reliquerit domu uel frs aut soror*

xix

res. aut patrem aut matrē aut uxore. aut fili-
os. aut agros. ppter nomen meū. centuplū acci-
piet & uitam eternam possidebit.

In natali unius uirginis. Secūm matthio.

In illo tpe. Dixit ihs discipulis suis pa-
rabolam hanc. Simile est regnū celoz decē
uirginib; que accipientes lampades suas ex-
erunt obuiam sponso & sponse. Quinq; autē
excit. erant fatue. & quinq; prudentes. Sed
quinq; fatue. acceptis lampadib; non sump-
serunt oleū secū. Prudentes uero. acceperunt
oleum in uasis suis cum lampadib;. Noctam
autē faciente sponso. dormitauerūt omnes &
dormierūt. Media autē nocte clamor factus
est. ecce sponsus uenit exire obuiam ei. Tūc
surrexerūt omnes uirginēs ille. & ornauerūt
lampades suas. Fatue autē. sapientib; dix-
erunt. Date nobis de oleo urō. quia lampa-
des nrē extinguunt. Responderūt pruden-
tes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis &
uobis. ite potius aduendentes & emite uo-
bis. Dum autē uerūt emere. uenit sponsus.

Et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Postquam uero uenerunt et relique uirgines: dicentes. Domine domine: aperis nobis. At ille respondens: ait. Amen dico uobis: nescio uos. **Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam** **Secundum mattheum.**

xiiij

131

Nullo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: et per gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet: et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori: qui querit bonas margaritas. Inuenta autem una preciosa margarita: abiit et uendit omnia que habuit: et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congregata. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes: elegerunt bonos in uasa: malos autem foras miserunt. Sic erit consummatio seculi. Erubunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum: et mittent eos in caminum ignis.

219.
Ibi erit ficus: et stridor dentium. Intellexi
hęc omnia. Dicunt ei. Etiam dñe. ait illis.
Ideo omnis scriba doctus in regno celoz simi
lis est homini patri familias. qui profert de
thesauro suo noua et uetera. *Scdm lucā.*
Nullo tempe. Ingressus ihc: p ambulabat the
rico. Et ecce uir nomine zacheus: et hic erat
princeps publicanorum et ipse diues. Et que
rebat uidere ihm quis esset: et non poterat
p turba quia statura pusillus erat. Et pre
currens ascendit in arborem sycomorum ut
uideret illum: quia inde erat transiturus.
Et cum uenisset ad locum: suspiciens ihc ui
dit illum et dixit ad eum. Zachee festinas
descende: quia hodie in domo tua oportet
me manere. Et festinans descendit: et ex
cepit illum gaudens. Et cum uiderent
omnes: murmurabant dicentes qd ad ho
minem peccatorem diuertisset. Stans autē
zacheus: dixit ad ihm. Ecce dimidiū bonoz
meoz dñe do paupibz: et si quid aliquem de

frangam reddo quadrupli. At ihc ad eum.

Quia hodie salus domui huius facta est: eo qd
& ipse filius sit abrahe. Venit enim filius ho
minis querere & saluum facere qd perierat.

Admissa *Sedm Lucam.*

In illo tpe. Dixit ihc discipulis suis.
Non est arbor bona que facit fructus malos:
neq; arbor mala faciens fructum bonum. Una
queq; enim arbor: de fructu suo cognoscitur.
Neq; enim de spinis colligunt ficus: neq; de
rubo uindemiant uuam. Bonus homo de
bono thesauro cordis sui pferit bonum: & ma
lus homo de malo thesauro cordis sui profert
malum. Ex habundantia enim cordis: os loqr.
Quid enim uocatis me dne dne. & no facitis
que dico. Omnis qui uenit ad me & audit ser
mones meos & facit eos: ostendam uobis cui si
milis est. Similis est homini edificanti domum:
qui fodit in altum & posuit fundamenta sup
petram. Inundatione aut facta uisum est
flumen domui illi: & non potuit eam mouere.
Fundata enim erat supra petram.

De sancta trinitate. Secūm iohannē.

In illo tēpore. **D**ixit ih̄c discipulis suis.
Cum uenerit paraclitū quē ego mittā uobis
a patre sp̄m ueritat̄is qui a patre p̄cedit: ille
testimoniū p̄hibebit de me. & uos testimoniū
p̄hibebitis: quia ab initio mecum estis. hec
locutus sum uobis: ut n̄ scandalizemini. Ab
sq; synagogis facient uos. **S;** uenit hora: ut
omnis qui interficit uos. arbitretur obsequiū
se prestare dō. Et hec facient uobis: quia
n̄ nouerunt patre neq; me. **S;** hec locutus
sum uobis: ut cum uenerit hora eorū remin̄
camini quia ego dixi uobis.

De sancta cruce. Secūm math̄m.

In illo tēpore. **A**scendens ih̄c iherosolimā
assumpsit duodecim discipulos suos secreto
& ait illis. Ecce ascendimus iherosolimā: et
filius hominis tradetur p̄ncipib; sacerdotū
& scribis. & condempnabit eum morte. Et tra
dent eum gentib; ad deludendū: & flagellan
dum et crucifigendū. & tertia die resurget.
De sancta m. l. g. l. a. in duentū domit. 31.

733
7

In illo tēpore. **O** illius est. **S**ecūm lūcam
angl's gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē
nazareth. ad uirginem desponsatā uiro cui no-
men erat ioseph. de domo dauid. & nomē uirgi-
nis maria. **E**t ingressus angl's ad eam. dixit.
Aue gratia plena. dominus tecum. **B**enedicta
tu in mulierib;. **Q**ue cum audisset turbata ē
in sermone eius. & cogitabat qualis esset ista
salutatio. **E**t ait angl's ei. **N**e timeas maria.
inuenisti enī gratiam apud dñm. **E**cce concipi-
es in utero et paries filium. & uocabis nomen
eius ih̄m. **H**ic erit magnus. et filius altissimi
uocabitur. **E**t dabit illi dñs deus sedem dauid
p̄tis eius. & regnabit in domo iacob in eternum
et regni eius nō erit finis. **D**ixit autē maria
ad angl'm. **Q**uomō fiet istud qm̄ uirū nō
cognoisco. **E**t respondens angl's. dixit ei. **S**p̄s
s̄c̄s sup̄ueniet in te. & uirtus altissimi ob-
umbrabit t̄. **I**doq; & quod nascetur erit sc̄m̄
uocabitur filius d̄i. **E**t ecce elysabet cognā
tā tuā. et ipsa concepit filiū in senectute
sua. **E**t hic mensis est sextus illi que uocāt

sterilis: quia non erit impossibile apud dñm om-
ne uerbum. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi.
fiat michi scđm uerbum tuum.

Item de scā maria. In sabbis pannuoy.

In illo t̄p̄: **L**oquen scđm lueam.
te ih̄u ad turbas: extollens uocē quedam my-
lier de turba dixit illi. Beatus uenter qui te
portauit: & ubera que suxisti. At ille dixit
Quin immo: beati qui audiunt uerbū dei
& custodiunt illud.

Ad poscēda suffragia omniū scōr. Scđm

In illo t̄p̄: **O**uidens t̄m **yoachim.**
bat ih̄e: ascendit in montē. Et cū sedisset:
accesserunt ad eū discipuli eius. Et ap̄iens
os suum: docebat eos dicens. **B**eati paupes
sp̄u: quoniā ip̄s̄ est regnum celoz. **B**eati
miseres: qm̄ ipsi possidebunt terram. **B**eati qui
lugent: qm̄ ipsi consolabunt̄. **B**eati qui esu-
ciunt & sitiunt iusticiam: qm̄ ipsi satura-
bunt̄. **B**eati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā
consequent̄. **B**eati mundo corde: qm̄ ipsi
dñm uideb̄t. **B**eati pacifici: qm̄ filii dei uo-

184
cabunt. Beati qui persecutionē patiuntur p̄pter
iusticiā: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati
estis cum maledixerint uobis homines & per
secuti uos fuerint & dixerint omne malū ad
uersum uos mentientes: p̄pter me. Gaude
te in illa die & exultate: quoniam merces ustra
copiosa est in celis.

Pro familiaribus. Secūm marcum.

In illo t̄p̄e. **S**edens ih̄c contra garophi
laciū: aspiciebat quomodo turba iactare
et in garophilaciū. & multi diuites: iacta
bant multa. Cum uenisset autē imā uidua
paup̄: misit duo minuta. q̄d est quadrans.
Et conuocans discipulos suos: ait illis. Am̄
dico uobis: qm̄ uidua hec paup̄ plus omnib;
misit qui miserunt in garophilaciū. Om̄s
enim: ex eo quod habundabat illis miserunt.

Hec uero de penuria sua omnia que habu
it misit totum uictum suum. *At*

In illo t̄p̄e. Secūm iohannē.

Subleuatis ih̄c oculis in celū: dixit. Pat̄
sanctifica eos in ueritate. *Sermo t̄n̄is.*

*Epla xii
Si p̄cipat
fuerit hor*

*xvii
Epla
Iudic. ill.
deferretur*

ueritas est. Sicut tu ^{me} misisti in mundum. & ego
misi eos in mundum: et post ego sanctifico me
ipsum. ut sint & ipsi sanctificati in ueritate.

T Non pro his autem rogo tantum: sed & post qui cre
dituri sunt uerbu eorum in me.

Pro tribulatione ecclesie. Sicut in lucam.

In illo tempore. Dicebat ihesus ad discipulos suos
parabolam istam: quoniam oportet semper orare et
non deficere dicens. Iudex quidam erat in quada
ciuitate. qui deum non timebat. & hominem non
reuerentur. Vidua autem quedam erat in ciuita
te illa: et ueniebat ad illum dicens. Indica me
de aduersario meo. Et nolebat pro multum tem
pus. Post hec autem. dixit intra se. Quia si deum
non timeo nec hominem reuerentur: tamen quia
molesta est mihi hec uidua iudicabo illa. ne in
nouissimo ueniens suggillet me. At autem
dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit.
Deus autem non faciet uindictam electorum suorum
clamantium ad se die ac nocte. & patientiam
habebit illis. Dico uobis quia cito faciet
uindictam illorum. *Pro quacumque necessitate.*

proferentate.

735
et p pluu
fj

In illo tpe. **D**ixit ihesus *Secūm marcū.*

discipulis suis. Habete fidem dī. Amen dico
uobis: quia quicumq; ^{dixerit} monti huic tollere &
mittere in mare. et non hesitauerit in corde
suo. s; crediderit quia quodcumq; dixerit fiat.
fiet ei. *Ppterea dico uobis: omnia quecumq;*
orantes petitis. credite quia accipietis. & ueni-
ent uobis. Et cum stabitis adorandū: dimit-
tite si quid habetis aduersus aliquē. ut & pa-
ter ur̄ qui in celis est dimittat uobis peccata
uestra. Quod si uos n̄ dimiseritis: nec pat̄ ur̄
qui in celis est dimittet uobis peccata ur̄a.

Pro infirmis.

Secūm lucam.

In illo tpe. **S**urgens ih̄s de synagoga: in-
trouit in domū symonis. Socerū autē symo-
nis: tenebatur magnis febris. & rogauerunt
illum pea. Et stans sup̄ illam impauit febrī.
& dimisit illa. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autē occidisset: omnes
qui habebant infirmos uarios languoribus.
ducebant illos ad eum. At ille singulis mā-
nūs imponens. curabat om̄s. *¶ defunctis.*

111

ta.
diu no
de celo

T illo t^{em}p^{or}e. **D**ixit **S**ec^{und}um **J**oh^{ann}em.
martha ad ih^{esu}m. Domine. si fuisset hic: frat.
meus n^{on} fuisset mortuus. **S**ed & n^unc scio: q^{uia}
quocumq; poposceris a deo. dabit tibi d^es. **D**ic^{it}
illi ih^{esu}s. Resurget frater tuus. **D**icit ei mar
tha. **S**cio: quia resurget in resurrectione
in nouissimo die. **D**icit illi ih^{esu}s. **E**go sum re
surrectio: & uita. **Q**ui credit in me: etiam
si mortuus fuerit uiuet. **&** omnis qui ui
uit & credit in me: non morietur in eternu^m.

Credis hoc? **A**it illi. **U**tiq; domine. **E**go
credidi quia tu es xpc^{rist} filius dei qui in huc
munda^m uenisti. **A**t **S**ec^{und}um **J**oh^{ann}em.

T illo t^{em}p^{or}e. **D**ixit ih^{esu}s turbis iudeoru^m.
Omnne quod dat michi pater ad me ueniet.
et eum qui uenit ad me n^{on} eiciam foras. q^{uia}
descendi de celo. n^{on} ut faciam uoluntatem
mea^m. s; uoluntatem eius qui misit me. **H**ec
est aut^{em} uoluntas eius qui misit me patris.
ut omne qd^{od} dedit michi non p^{er}dam ex eo.
s; resuscitem illud in nouissimo die. **H**ec
est enim uoluntas patris mei qui misit me.

pla
ur fortis
im' iudas

126
no omnis qui uidet filium & credit meum
habet uitam eternam. Et ego resuscitabo eum
in nouissimo die. **At** **Secdm Iohem.**

In illo t^{em}p^{or}e. **D**icebat ihc turbis iudeor^{um}
Sicut pat^{er} suscitatur mortuos & uiuificat:
sic & filius quos uult uiuificat. Neq; eni pat^{er}
iudicat quemquam: s; iudiciu^m omne dedit fi
lio ut omnes honorificent filiu^m sicut hono
rificant patrem. Qui n^{on} honorificat filiu^m: n^{on}
honorificat patre^m qui misit illu^m. Amen am^{en}
dico uob^{is}: quia qui uerbu^m meum audit et
credit ei qui misit me. habet uitam eterna^m.
Et in iudiciu^m non uenit. s; transiet a mor
te in uitam. **At** **Secdm Iohem.**

In illo t^{em}p^{or}e. **D**icebat ihc turbis iudeor^{um}
Amen am^{en} dico uob^{is}: quia uenit hora et
n^{unc} est. quando mortui audient uoce^m filii
di. & qui audierint uiuent. Sic enim pat^{er}
habet uitam in semet ipso: sic dedit & filio
uitam habere in semet ipso. Et potestatem
dedit ei iudiciu^m facere: quia filius hominis
est. ^{uenit hora in qua} Nolite mirari hoc: quia omnes qui in

Ep^{ist}la
Nolum^{us} uos
ignorare.

Ep^{ist}la
Ecce mitte
rum uob^{is}

montanum sunt audient uocem eius. I
dent qui bona fecerunt in resurrectione
qui uero mala egerunt in resurrectione

I V D I . C I . I .

I deuote hostia dicitur hec saluato hec placet dno dno

I eleuatoe hostie
dicitur h saluato.
hoo placet dno dno.

qz hac saluatoem
dicitur ob honore dny ihu
x. p salute sua or
p eo q ea scripsit uis
abat eu ab or orolo atq.

Ave ihu x. vbu pris. fili vginis. agn di. la
mudi. hostia sacra. vbu caro. fons pietatis.

Ave ihu x. laul angloz. gloria sacz. visio pac.
dital iteg. ver homo. Ros y fruct vgi

Ave ihu x. splendor pris. pnceps pacis. ianua cel.
panis uiu. vginis part. vas deitatis.

Ave ihu x. lum cely. pau mudi. gaudiu nrn
agloz panis. coed iubil. rex y sposus vginis

Ave ihu x. via ditas. veritas va. pmiu nrn
karitas suma. fons amoris. par. dulcedo.

reges nra. vita phenis. amor

Memento mei ds ms in bonu. Lib sce marie Stg

Scripseris libri memorantur eo fructuaz.



intuenire et interceda exitus
 ... pore hora cum omni celestis exercitus
 ... cia ad diabolicis defendere in sidis ut ante tri
 ... unia eiusde dñi nri ihu xpi tuo fretus auxilio
 ... merar in dempni representari & celestiu gaudior
 ... onfictib; aggregari eternalit. Am

Beatus iohs baptista p̄cursor & martyr
 ... nri unigoq; sc̄issime. obtine p̄ me sac̄s p̄tib; tuis ut
 ... donet m̄ dñs congruentē abstinentiā cibi & potus
 ... cognationis. locutionis & op̄is. et custodiā meā
 ... om̄i pollutione mentis & corporis. & donet m̄ q̄
 ... diu subsisto his fragilib; mem̄b; segregatū a mei
 ... a militare sibi. Amen.

Beatus apli dñi nri ihu xpi. beatus Petre
 ... ante. Andrea. Iacobe. Iohannes. Thoma. Iacobe. Phi
 ... lippe. Bartholomee. Mat. thee. Symon &
 ... Thadee. Natha. Barnaba. Luca & Marce. cum dis
 ... cipulis discipulab; q; dñi mei ihu xpi. orate pro
 ... me ut abstrahat me dñs auitis sicut abstraxit
 ... uos. & donet m̄ sequi uestigia sua uel in extremo

Magnane ur̄o Amen.

Pro dñi supplico omnipotentē subnixis precib;



ut qui martyrth. tuis in agone certamine
condonasti. eosq; pro felicib; meritis tuis
piterna diuinitati tue gl'a magnificasti. michi
mittis et obtulisti illos. largiri digneris. diaboli
certamina deuincere. & obiectamenta. istius inuicem



Obsecro uos. sancti. superius
confessores. ap. atq; doctores. Cypriane. Babu. Gre
gori. Athanasi. Eusebi. Ambrosi. Martine. Aug. G
ne. Iheronime. Benedicte. Leo. Germane. Amaldeo
Iohannes. Isidore. Seruati. & omnes tui confes

Bernarde
2. 9. 11. 12





dan. in dno seruare que docuisti. et in uro faciam
consoreio gratulari. Am.
Tercidne p me nimis obnoxium peccant. omne
sae. uirgines. martyres q; ap. ad immensu in ca
bitem q; sponsu uro. dmi & dmi nrm ihu
ut qui nobis p merito castitatis certamine. p
sionis larguit. est munera p caritatis. in uo
an p'are dignetur delicta. celestis q; regni in
a. alle con. etiam. Am. multi.



... colligens de ...







© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B	M	W	G	K	C	Y	M									

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18

